


PA
6104
.M6
1912

PA



117. F. von Terl. beuntat: Waltzing
Le musée Belge XXV (1921)

189 ff.
gegen Heinze (für den v. Wage-
ningen) auch

Minisdaels, 16. XXVIII (1924) 25 ff.

sowie id, 1^o Oct. de M. F. et l'Apologétique de T.
Br. 1924 (Mém. publ. par l'Ac. Royale de Belgique 25. t. 19)

Min. Fel. Octavius ed. J. van Wage-
ningen (actatio imperial. soc. Graeci
et Rom. par Fink et Plooijs t. IV)
(Holl. ont. u. a. u. u.) Utr. 1923.

gegen Heinze Ph. Wo. 1925, 956 ff.

WA Bachveus Min. Fel. u. Terl.

Apol. Zhrk. J. NT. 23 (1924)
H. 1/2.

Min. nade Terl. G. Goetz Zhrk. f.
D. NT. 23 (1924) Hfl. 3/4.

Janus Guil. Phil. Bouleffs de Terl. et

Min. Felice D. N. Groningen

(Hague Comit. 1925. 123 ff.)

gegen Heinze, Minucius von Terl.
D. N. G.

Waltzing, le crime rituel etc. Bull.
de l'acad. Belg. 6. V. 1925, 205-239

Guot. Meyer zu Min. F. u. Terl.


Phil. Col. 82 (1926) 67 ff.

Gudemann 3 beweise für Min.
von Tenl. Wo. 1924, 904. dagegen
v. Geisau ebd. 1925, 668 ff; ver-
theidigung von Gud. ebd. 1926, 1067 ff

M. MINUCII FELICIS
OCTAVIUS

RECOGNOVIT ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT

IOH. P. WALTZING



*Срхото ме ди. итератум
1926)*

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXII

PA

6104

M6

1912

161517

CONIVGI · OPTIMAE

PRAEFATIO.

M. Minucii Felicis Octavium Faustus Sabaeus Brixianus, bibliothecae vaticanae custos, primum in lucem edidit Romae a. 1543, et quidem cum Arnobii libris *Adversus gentes*; nam in codice, quo usus est, septem Arnobii libris velut *liber octavus* adhaerebat *Octavius* (v. appar. crit. ad I, 1). Egregium libellum auctori suo restituit Franciscus Balduinus a. 1560. Arnobii et Minucii codicem in bibliotheca Helvetica (Sangallensi) aut Germanica (Fuldensi) repertum suis sumptibus emerat et Romam attulerat Sabaeus: „Iure enim belli, ait, meus est Arnobius, quem e media barbarie non sine dispendio et discrimine eripuerim.“ Nec quisquam dubitabit quin codex ille Sabaeus idem sit qui nunc in bibliotheca Parisina (Cod. lat. 1661) adservetur, si codicem hunc Parisinum cum editione Romana comparaverit. Quae autem cum Francisco I dedicata sit, iure suspicatus est Reifferscheidius (in praef. ed. Arnobii 1875) Roma codicem illum in Galliam translatum esse una cum Arnobio typis expresso, eidem regi dono datum; saltem Henrici secundi aetate eum iam in bibliotheca regia fuisse tegumenta eius etiamnunc indicant.

Alterum Minucii codicem, litteris optimis saeculi XI exaratum, qui in bibliotheca regia Bruxellensi exstat (no. 10847), Parisini codicis apographum esse cum iamdudum viri docti intellexerunt, tum nos nova conlatione facta perspeximus.

Codicem Parisinum, unicum textus Minuciani constituendi fontem, cum Halmiana editione (1867) diligenter contulimus Parisiis a. 1907; quae ad Halmii apparatus addidimus pauca, videre icet in ephemeride *Le Musée Belge*, 1907, p. 319—321. Is autem, auctore Reifferscheidio, cuius legenda est diligentissima enarratio (p. VII—XII), nono saeculo ineunte, in monasterio Helvetico aut Germanico, litteris minusculis a calligrafo transcriptus est ex libro litteratura cursiva exarato, qui ex alio codice descendebat uncialibus litteris scripto.

Quam originem ipsis corruptelis prodi demonstravit idem vir doctissimus.

Nam corruptissimum esse codicem Parisinum 1661 „mendisque scaterere cuiusvis generis“ post Halmium et Reifferscheidium iudicaverunt omnes critici, atque adeo Baehrensium affirmavit „omnium vel foedissimarum corruptelarum quasi quendam thesaurum iure posse vocari huius libelli textum“ (p. VII). Atque librarius non modo verba saepissime non separavit aut male distinxit, ut perspicere possis eum omnino non intellexisse quod scriberet¹⁾, sed singulas litteras vel syllabas omisit aut addidit, inter se transposuit, perperam legit, verba tota interdum omisit vel traiecit, quae omnia menda Boenigius summa cura collegit et in classes ordinavit (p. V—XXII). Multa quidem vitia ipse librarius inter scribendum sustulit, alia emendavit is qui codicem cum archetypo contulit vel qui successerunt correctores; sed omnes orthographiam antiquam ad suae aetatis morem saepissime reformare studuerunt.

Cum maior pars mendorum, quae a correctoribus relicta aut addita fuerant, a prioribus editoribus, ut fit, certo emendata essent, recentiores, eos dico qui Halmium secuti sunt, rati „immanem mendorum molem esse relictam“, certatim Minucium ita mutaverunt et interpolaverunt ut ne ipse quidem Minucius, si „ab inferis vel Protesilai sorte remearet, horarum saltem permissio comiteat“, Octavium suum agnoscere posset. Cum enim Ciceronianum sermonem redolere videretur Minucius, ferri non posse existimaverunt, si quid non esset Cicerone dignum. Unde ortus est permagnus coniecturarum numerus, qualem vix alius antiquitatis scriptor umquam passus est.

Post Halmium, cuius artem criticam plerumque probandam esse putamus, post Baehrensium, qui „longe de vicinia veritatis erravit“ multosque aemulatores habuit, quod genus nondum extinctum est, primus Boenigius rectam emendandi rationem constituit: „Numquam quidquam in textu commutavi, inquit, ut colorem quendam Tullianum proferrem, numquam si quid elegantius ab auctore dici posse iudicabam neque ullam aliam

1) Sic scripsit: dindym apud et dicere (23, 4 = 22, 4), pro: Dindyma pudet dicere; nescivit ire suas (26, 5), pro: nescivit Tiresias. Nomina propria fere omnia corrupta sunt.

causam quidquam corrigendi admisi, nisi si quid a dictione latina, non Ciceroniana, sed eius aetatis, quae Minucius Octavium suum perscripsit, plane abhorret, vel si sententia sive mutationem sive traiectionem sive supplementum sive extinctionem alicuius modo litterae modo syllabae modo vocabuli unius vel plurium postulat“ (p. XXII).

Sed ipsum Boenigium in recipiendis priorum coniecturis novisque emendationibus proponendis aequo faciliorem se praebuisse demonstravit Ed. Norden (in *Gött. gel. Anz.* 1904, p. 293ss.). Nos ita censemus, textum Minucii, qualis in codice Parisino traditus est, vitiis, quae ad orthographiam pertinent, et imprudentis aut negligentis aut inlitterati librarii erroribus sublatis, plerumque intellegi et explanari posse, si scriptoribus exeuntis saeculi secundi comparetur. Quod demonstrare conati sumus in editione quam ad usum scholarum curavimus (1909). Itaque, sprete ingenti coniecturarum mole, multo rarius quam priores editores a codice Parisino defleximus. Quotiescumque ab eo discedendum videbatur, et codicis scripturam et eam coniecturam quae nobis probata erat, in apparatu critico dedimus. Praeterea, quo facilius iudicari possit qualis sit codicis habitus, orthographicas varietates omnes afferre placuit.

Igitur priorum coniecturas, quas fere omnes praetermisimus, recensere si cui libet, in editione nostra anni 1903 et in ephemeride *Le Musée Belge*, X, 1906, p. 245—268, collectas inveniet, praeter eas quas nuperrime in lucem ediderunt Bignone, Damsté, Elter, Havet, Kronenberg, Löfstedt, Terzaghi, Valmaggi (de quibus v. indicem p. VI ss.).

In infimis paginis non modo auctores quos Minucius secutus est et scriptores qui eum expilaverunt, sed etiam multos multorum cum ethnicorum tum christianorum locos, qui cum Minucianis comparari possunt, diligentissime indicavimus.

Leodii 1911.

INDEX NOTARUM.

- P = Codex Parisinus 1661 saec.
IX
B = Codex Bruxellensis 10847,
codicis P apographum saec.
XI
r = Editio princeps Romana
- Fausti Sabaei Brixiani a.
1543. (Arnobii disputatio-
num adversus gentes libri
octo nunc primum in lu-
cem editi. Apud Franc.
Priscianen. Florentinum)

INDEX EDITIONUM ET COMMENTARIORUM CRITICORUM.

- An = Anonymus. *Miscellaneae
Observationes*. IV. Amstelod.
1739
Au = A. Ausserer, *De clausulis
Minucianis* (Comm. Aenipon-
tanae, I). Innsbruck 1906
Bae = Minucii Felicis Octa-
vius. Em. et praef. est
Aemilius Baehrens. Lipsiae
1886
Ba = Minucii Felicis Octa-
vius restitutus a Fr. Bal-
duino. Heidelberg 1560
Bi = E. Bignone, *Collectanea
latina*. *Rivista di filol. e
d'istruz. classica*, 38, 1910,
p. 418
Boe = Minucii Felicis Octa-
vius recensuit Herm. Boenig.
Lipsiae 1903
Boo = J. G. G. Boot, *Ad Minucii
Felicis Octavium Mnemo-
syne*, N. S., XXIV, 1896,
p. 439 — 442; XXV, 1897,
p. 75
Bor = H. Bornecque, *Les clau-
sules métriques dans Minu-
cius Felix*. *Musée Belge*, VII,
1903, p. 247—265
Bou = Bouhier, apud Jean de
Clerc, *Bibliothèque ancienne
et moderne* (1714 — 1727),
XVI, p. 222
Bue = G. Buerner, *Vergils Ein-
fluss bei den Kirchenschrift-
stellern der vorniz. Periode*.
Erlangen 1902
Burg = F. X. Burger, *Minucius
Felix und Seneca*. München
1904
Bur = Bursian, in *Literar. Cen-
tralblatt*, 1863, p. 497
Can = Canterus. *Variarum lec-
tionum libri II*. Antverp.
1574
Carr = L. Carrio. *Emendatio-
nes et Observationes*. Lu-
tettiae 15-3
Ce = M. Minucii Felicis Octa-
vius recensitus a Christo-

- phoro Cellario. Halae 1699. 1726. Leipzig 1748.
- Cima = A. Cima, *Rivista di filologia*, 16, p. 43—48
- Co = Minucii Felicis Octavius rec. J. J. Cornelissen. Lugd. Batav. 1882
- Dal = Lorenzo Dalmasso, *l'arcaismo nell' Octavius di Minucio Felice*. Torino, Loescher, 1909 (*Riv. di fil. e d'istruz. class.*, 37, p. 7ss.)
- Dam = P. H. Damsté, *Minuciana*. *Mnemosyne*, 34, 1906, p. 79 ss.; 175 ss.; 35, 1907, p. 55 ss.
- Dan = Petri Daniel annotationes in editione Woweri. Hamburg 1603
- Dav = Minucii Felicis Octavius, cura Ioan. Davisii. Cantabrigae 1707. 1711
- De = Iosué De Decker, *Minucius Felix*, 5, 2—3 et 8. *Revue de Philologie*, 1905, p. 332—333
- De Mar = Apologisti cristiani scelti e commentati dal Prof. Attilio De Marchi. Milano 1907
- Do = Dombart. *Kritische Beiträge zu M. F.* *Jahrb. f. klass. Philol.* 99, 1869, p. 417—422
 Zur Erklärung und Kritik des M. F. *Blätter f. d. bayr. Gymnasialschulwes.* 9, 1873, p. 285—300; 10, 1874, p. 977
Octavius Ein Dialog des M. F., übersetzt von Bernh. Dombart². Erlangen 1881
 Neue philologische Rundschau, 1904, p. 415—420
- El = Prolegomena zu M. F. von Anton Elter. Bonn 1909
- Fai = Paul Faider, *De l'emploi insolite du comparatif dans M. F.* (*Musée Belge*, X, 1906, p. 287—292). *Le chiasme dans M. F.* (*ibid.*, p. 293—306). *Vide Studia Minuciana nostra*
- Ge = Gelenius. *Arnobii disputationum adversus gentes libri VIII*. Basel 1546. 1560
- JGr = Minucii Felicis Octavius ex rec. Iacobi Gronovii. Lugd. Bat. 1709
- JFGr = J. Fr. Gronovius. *Monobiblos observatorum in scriptoribus ecclesiasticis*. Daventriae 1651
- Hal = M. Minucii Felicis Octavius. Rec. Carolus Halm. Vindobonae 1867. *Corpus script. eccl. lat.* II
- Har = Hartel. *Zeitschrift f. d. österr. Gymn.* XIX, 1868, p. 27—31
- Hau = Mauritii Hauptii *Opusc.* III, p. 389—391. Lipsiae 1876
- Hav = L. Havet, *Manuel de critique verbale appliquée aux textes latins*. Paris 1911
- Hei = Richard Heinze. *Tertullians Apologeticum*. Leipzig, Teubner, 1910
- Her = Minucii Felicis Octavius. Emend. Desiderius Heraldus. Paris 1613
- Heu = Heumann. *Miscellanea Lipsiensia nova*. Lipsiae 1716—1723. Vol. V p. 476—503; VII, p. 247—272; 421—478; VIII, p. 115—134; 454—479
- Hol = Minucii Felicis Octavius. Edited by the Rev. Hubert Ashton Holden. Cambridge 1853

- Ki = J. P. Kirsch, Die christl. Cultusgebäude in der vor-konstant. Zeit. (Festschr. des deutschen Campo Santo in Rom. Freiburg i. B. 1897)
- Ko = Koch. Zu Minucius Felix. Rhein. Museum. N. F. XVIII, 1873, p. 615—621
- Kr = W. Kroll, Randbemerkungen. I. Zu Minucius Felix. (Rhein. Museum, 60, 1905, p. 307—313)
- Kron = Kronenberg. Minuciana sive annotationes criticae in Minucii Felicis Octavium. Lugd. Batav. 1889
Ad Minucium Felicem. Philologus, 69, 1910, p. 126—140
- Li = Minucii Felicis Octavium recensitus a Ioan. Gottlieb Lindner. Longosalissae 1760. 1773. 1794
- Lö = E. Löfstedt jr., Annotationes criticae in Minucii Felicis Octavium. Eranos, VI, 1, 1905, p. 1—28
- Mae = Maehly. Kritische Beiträge zu M. F. Jahrb. f. klass. Philologie, 99, 1869, p. 422—437
- Me = P. Médan, Minucius Felix, 19, 9—10 Revue de Philologie, 1905, p. 331—332
- Meu = Meursius. Hypocritus Minucianus². Lugd. Batav. 1599
- Ni = R. Nihard, Note sur M. F., 36, 7. Musée Belge, XIV, 1910, p. 229—230
- No = E. Norden, De Minucii Felicis aetate et genere dicendi. Greifswald 1897
Goettingische gelehrte Anzeigen, 1904, p. 293—312
- Oe = Minucii Felicis Octavium. Rec. Franc. Oehler. 1847. Bibl. sel. patr. eccl. latin. cur. E. G. Gersdorf, XII
- Ott = Zu Minucius Felix. Zeitschr. f. d. österr. Gymn. XXVI, 1875, p. 900—902
- Ou = Minucii Felicis Octavium. Ex rec. Iacobi Ouzelii. Lugd. Batav. 1652—1672
- Pr = F. Préchac, Minucius Felix, 4, 3; 24, 2; 34, 9. Revue de Philologie, 1905, p. 328—331
- Ri = Minucii Felicis Octavium. Ex recensione Nicolai Rigaltii. Lutetiae 1643
- Roe = Roeren. Minuciana i. e. annotationes criticae ad Minucii Felicis dialogum qui inscribitur Octavium. I Koeln 1859. II. Brilon 1877
- Sa = Praefatio Fausti Sabaei editionis principis Romanae a. 1543
- San = Evar. San Giovanni, L'aliterazione in Minucio Felice. Boll. di fil. class., 17, 1910, p. 87—91
- Sau = Sauppe. Goettingische gelehrte Anzeigen, 1867, p. 1992—1999
- Stie = G. F. Stieber, Observationes nonnullae criticae in quaedam Vergilii et Minucii loca. Progr. Onoldi 1791
- Sy = Observationes criticae in Minucii Felicis Octavium scripsit Carolus Synnerberg. Helsingforsiae 1889
Randbemerkungen zu M. F. I. II. Helsingfors 1897. 1903
Zwei neue Ausgaben zu M. F. Oefversigt af Finska Vetenskaps-Societetens Förhandlingar, 46 (1904)

- Te = N. Terzaghi, Due note sul testo di M. F. (Studi italiani di filologia classica, XV, 303 s.)
- Tho = Paul Thomas, Notes sur Minucius Felix. (Revue de l'Instr. publ. en Belgique, 47, 1904, p. 365—367; 48, 1905, p. 172—175)
- Ur = Arnobius. Ed. Fulvius Ursinus. Romae 1583
- Us = Usener. Jahrb. f. klass. Philologie, 99, 1869, p. 393—416
- Vah = Vahlen. Annotationes criticae, quae in praefatione et in comment. critico editionis Halmianae (1867) inveniuntur
De Minucii Octavio disputatio. Index lect. Univ. Berol. semestr. aestiv. 1894 (= Opuscula, II, 116)
Über eine Stelle im Octavius des M. F., 19, 4. Hermes, 30, 1895, p. 385—390 (=Gesamm. philol. Schriften, I, 651)
- Va = Valmaggi. Minucii Felicis Octavius con introduzione e commento. Torino, Paravia, 1911
Vide eiusdem observationes criticae in Rivista di filologia e d'istruz. class., 38, 1910, p. 65 ss.; 552 ss.; Boll. di filologia class., 17, 1910, p. 16 et 62; Classici e neolatini, VI, 1910, p. 210 ss.; Berlin. philol. Woch. 30, 1910, p. 925
- VI = van der Vliet. Coniectanea. Rhein. Museum, N.F. XL, 1885, p. 155, et Mnemosyne, XVII, 1889, p. 143—146
- Von = Corn. Valerii Vonck, Specimen criticum in varios auctores. Traiecti ad Rhenum 1744
- Wa = Minucii Felicis Octavius. In usum lectionum suarum edidit I. P. Waltzing. Louvain, Ch. Peeters, 1903
Octavius de Minucius Felix. Edit. classique avec introd. et commentaire. Bruges, Desclée, 1909. — Partie du Maître. Traduction. Langue et syntaxe. Appendice critique. Bruges, Desclée, 1909
Lexicon Minucianum composuit I. P. Waltzing, praemisit novam Octavii recensionem. Liège, Vaillant-Carmanne. Paris, Champion, 1909
Notes sur M. F., 1, 4; 2, 2; 13, 4; 34, 2. Musée Belge, I, 1897, p. 158—160; II, 1898, p. 160
Une interversion de deux feuillets dans l'Octavius de M. F. Musée Belge, X, 1906, p. 83—100 (=Studia Minuciana, p. 19—36)
Le Codex Parisinus 1661. Musée Belge, XI, 1907, p. 319—322
Asinos cum Iside devoratis (Oct. 28, 7). Ibid., XIII, 1909. p. 65—68
Minucius Felix 9, 1 et 34, 5. Ibid. XIV, 1910, p. 61—64
Minucius Felix et Platon (Mélanges Gast. Boissier, p. 455—460, Paris 1903; Musée Belge, 1904, p. 423—428)

- Bibliographie raisonnée de M. F. Ibid., VI, 1902, p. 216—261 (v. editionem a. 1903). Le texte, l'oeuvre et la vie de M. F. depuis 1902. Ibid., X, 1906, p. 245—248 (= *Studia Minuciana*, p. 37—78)
- Wi = P. von Winterfeld, Zu Minucius Felix. *Philologus*, N. F., 77, 1904, p. 315—317
- Wo = Wopkens. *Animadversaria critica in Minucium Felicem. Miscellaneae Observationes*. Amstelod. 1739, vol. X, p. 11 s.
- Wow = Minucii Felicis Octavius. *Rec. Ioan. a Wower*. Hamburg 1603

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUS

I. Cogitanti mihi et cum animo meo Octavi boni et fidelissimi contubernalis memoriam recensenti tanta dulcedo et adfectio hominis inhaesit, ut ipse quodammodo mihi viderer in praeterita redire, non ea quae iam transacta et decursa sunt, recordatione revocare: (2) ita eius 5 contemplatio quantum subtracta est oculis, tantum pectori meo ac paene intimis sensibus implicata est. (3) Nec inmerito discedens vir eximius et sanctus inmensum sui desiderium nobis reliquit, utpote cum et ipse tanto nostri semper amore flagraverit, ut et in ludicris et seriis pari 10 mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle: crederes unam mentem in duobus fuisse divisam. (4) Sic solus in amoribus conscius, ipse socius in erroribus: et cum discussa caligine de tenebrarum profundo in lucem sapientiae et veritatis emergere, non respuit comitem, 15 sed quod est gloriosius, praecurrit. (5) Itaque cum per universam convictus nostri et familiaritatis aetatem mea cogitatio volveretur, in illo praecipue sermone eius mentis meae resedit intentio, quo Q. Caecilium superstitiosis vanitatibus etiamnunc inhaerentem disputatione gra- 20 vissima ad veram religionem reformavit.

1 Cic. de orat. I 1; III 1 5 Verg. Aen. VII 44 9 Cic. Brut. 2 11 Otto, *Sprichwörter*, s. v. amicitia, iocus 13 Verg. Eclog. IX 56 Cic. ad Att. I 18, 1 14 Iustin. Apol. I 61, 2
14 Tert. Apol. 39, 9; de anima 41

Arnobii liber VII explicit incipit liber VIII feliciter P
3 inhesit 7 pene 16 glorius P m 1, gloriosius P m 2
19 quo Q.] Bae; quod P; quo r et vulgo

II. Nam negotii et visendi mei gratia Romam contenderat, relicta domo, coniuge, liberis, et — quod est in liberis amabilius — adhuc annis innocentibus et adhuc dimidiata verba temptantibus, loquellam ipso offensantis linguae fragmine dulciorem. (2) Quo in adventu eius non possum exprimere sermonibus, quanto quamque impatienti gaudio exultaverim, cum augetur maxime laetitia meam amicissimi hominis inopinata praesentia.

(3) Igitur post unum et alterum diem, cum iam et aviditatem desiderii frequens adsiduitatis usus implesset et quae per absentiam mutuum de nobis nesciebamus, relatione alterna comperissemus, placuit Ostiam petere, amoenissimam civitatem, quod esset corpori meo siccandis umoribus de marinis lavacris blanda et adposita curatio : sane et ad vindemiam feriae iudiciariam curam relaxaverant. Nam id temporis post aestivam diem in temperiem semet autumnitas dirigebat.

(4) Itaque cum diluculo ad mare inambulando litori pergeremus, ut et aura adspirans leniter membra vegetaret et cum eximia voluptate molli vestigio cedens arena subsideret, Caecilius simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admovens osculum labiis pressit.

III. Tunc Octavius ait: « Non boni viri est, Marce frater, hominem domi forisque lateri tuo inhaerentem sic in hac inperitiae vulgaris caecitate deserere, ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere, effigiatos sane et unctos et coronatos, cum scias huius erroris non minorem ad te quam ad ipsum infamiam redundare. »

4 Lucret. V 230 15 Cic. de nat. deor. I 15 19 Verg. Aen. VII 8
22 Job 31, 37; Plin. N. H. 38, 2, 25; Apul. met. IV 28 x 25 Cic. Lael. 1 27 Tibull. I 1, 11; Ovid. Fast. II 641; Lucian. Alex. 30; Apul. Florid. I 1

27 Clem. Alex. Stromat. VII 26, 2 (p. 19, 4) 27 Ev. Marc. 4, 6; Lactant. div. inst. II 3, 3; Arnob. adv. nat. I 39

12 hostiam 18 litori] Ce, Tho; litore P 20 voluptate] Sa in praef.; voluntate P 23 praessit

x Aug. civ. d. 18, 5 quod digito labiis impressis admonere videretur, ut silentium fieret.
rem proavis diversam affert Schöne.

4 straff machen, dh. triff fest, durch die
feuchtigkeit. (non = extendebat w. B. B. u.)

(2) Cum hoc sermone eius medium spatium civitatis
emensi iam liberum litus tenebamus. (3) Ibi harenas ex-
timas, velut sterneret ambulacro, perfundens lenis unda
tendebat; et, ut semper mare etiam positis flatibus in-
quietum est, etsi non canis spumosisque fluctibus exhibat
ad terram, tamen crispis tortuosisque ibidem erroribus
delectati perquam sumus, cum in ipso aequoris limine
plantas tingeremus, quod vicissim nunc adpulsum no-
stris pedibus adluderet fluctus, nunc relabens ac vestigia
retrahens in sese resorberet. (4) Sensim itaque tran-
quilleque progressi oram curvi molliter litoris iter fabulis
fallentibus legebamus. Haec fabulae erant Octavi dis-
serentis de navigatione narratio. (5) Sed ubi eundi spa-
tium satis iustum cum sermone consumpsimus, eandem
emensi, viam rursus versis vestigiis terebamus, et cum
ad id loci ventum est, ubi subductae naviculae substratis
roboribus a terrena labe suspensae quiescebant, pueros
videmus certatim gestientes testarum in mare iacula-
tionibus ludere. (6) Is lusus est testam teretem iactatione
fluctuum levigatam legere de litore, eam testam plano
situ digitis comprehensam inclinem ipsum atque humi-
lem quantum potest super undas inrotare, ut illud iacu-
lum vel dorsum maris raderet enataret, dum leni impetu
labitur, vel summis fluctibus tonsis emicaret emergeret,
dum adsiduo saltu sublevatur. Is se in pueris victorem
ferebat, cuius testa et procurreret longius et frequentius
exsiliret.

5
= simul
5-11
10
15
20
25

os
N.

IV. Igitur cum omnes hac spectacula voluptate cape-
remur, Caecilius nihil intendere neque de contentione ri-
dere, sed tacens, anxius, segregatus dolere nescio quid

8 Catull. 64, 67; Stat. Theb. IX 336 9 Verg. Aen. X 307
12 Cic. Acad. pr. II 2

2 velud 3 semper *corr. ex* super 5 ///crispis tortuosis-
que] Dan; toro///sisque P; torosisque r 6 equoris 11 haec]
hec P *corr. m* 2 in hee 20 conpraehensam 22 raderet
enataret] Ho; raderet vel enataret P laeni 29 dolere] Ur:
dolore P

Handwritten notes at the bottom of the page, including "1*" and other illegible scribbles.

vultu fatebatur. (2) Cui ego: « Quid hoc est rei? cur non agnosco, Caecili, alacritatem tuam illam et illam oculorum etiam in seriis hilaritatem requiro? »

(3) Tum ille: « Iam dudum me Octavi nostri acriter
 5 angit et remordet oratio, qua in te invectus obiurgavit negligentiae, ut me dissimulanter gravius argueret inscientiae. (4) Itaque progrediar ulterius: de toto integro mihi cum Octavio res est. Si placet, ut ipsius sectae homo cum eo disputem, iam profecto intelleget facilius esse in
 10 contubernibus disputare quam conserere sapientiam. (5) Modo in istis ad tutelam balnearum iactis et in altum procurrentibus petrarum obicibus residamus, ut et requiescere de itinere possimus et intentius disputare. »

(6) Et cum dicto eius adsedimus, ita ut me ex tribus
 15 medium lateris ambitione protegerent: nec hoc obsequi fuit aut ordinis aut honoris, quippe cum amicitia pares semper aut accipiat aut faciat, sed ut arbiter et utrisque proximus aures darem et disceptantes duos medius segregarem.

V. Tum sic Caecilius exorsus est: « Quamquam tibi,
 20 Marce frater, de quo cum maxime quaerimus non sit ambiguum, utpote cum diligenter in utroque vivendi genere versatus repudiaris alterum, *alterum* conprobaris, in praesentiarum tamen ita tibi informandus est animus, ut
 25 libram teneas aequissimi iudicis nec in alteram partem propensus incumbas, ne non tam ex nostris disputationibus nata sententia quam ex tuis sensibus prolata vi-

1 Iuven. sat. II 17 5 cf. Plato Symp. 218A 7 Cic. Verr. act. I 33 12 Verg. Georg. IV 422; Aen. X 377; Tac. ann. XIII 39; hist. III 30 15 Sall. Iug. XI 3 16 Cic. Lael. 20, 71; Aristot. eth. Nicom., p. 1157^b 36; 1159^b 3; 1168^b 8; cf. Otto. *Sprichw.*, s. v. amicitia 17 Senec. epist. 44, 3
 27 Cic. Parad. I 1, 6

25 Clem. Alex. Paedag. 89, 4 (p. 151 Potter)

5 angit et (et in litura) 7 toto integro] P, toto & integro
 P m 2 (& supra scr.) 12 ///requiescere 15 obsequiⁱ P (i add.
 2 vel potius 3 m) 23 alterum om. P, add. r 27 sententia
 P corr. m 1 ex sentia ex tuis corr. m 2 ex exuis

xx quoniam sicut caelestia sic. ad 12, 13, 14
 caput Ter. ubi dicitur multa vobis opus est sua
 quaedam auctoritas et alia multa id est
 et opus multum et magis arguitur 5

OCTAVIUS c. IV. V

deatur. (2) Proinde, si mihi quasi novus aliqui et quasi ignarus partis utriusque considas, nullum negotium est patefacere, omnia in rebus humanis dubia, incerta, suspensa magisque omnia verisimilia quam vera : (3) quo magis mirum est, nonnullos taedio investigandae penitus veritatis cuilibet opinioni temere succumbere quam in explorando pertinaci diligentia perseverare. (4) Itaque indignandum omnibus, indolescendum est audere quosdam, et hoc studiorum rudes, litterarum profanos, expertes artium etiam sordidarum, certum aliquid de summa rerum ac maiestate decernere, de qua tot omnibus saeculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa philosophia deliberat. (5) Nec inmerito, cum tantum absit ab exploratione divina humana mediocritas, ut neque quae supra nos caelo suspensa sublata sunt, neque quae infra terram profunda demersa sunt, aut scire sit datum aut ruspari religiosum, et beati satis satisque prudentes iure videamur, si secundum illud vetus sapientis oraculum nosmet ipsos familiaris noverimus. (6) Sed quatenus indulgentes insano atque inepto labori ultra humilitatis nostrae terminos evagamur et in terram projecti caelum ipsum et ipsa sidera audaci cupiditate transcendimus, vel hunc errorem saltem non vanis et formidulosis opinionibus implicemus. (7) Sint principio omnium semina natura in se coeunte densata, quis hic auctor deus? Sint fortuitis concursionibus totius mundi membra, coalita, digesta, formata, quis deus machinator? Sidera licet ignis accenderit et caelum licet sua ma-

5 50111
 10 07
 15
 20
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

4 Cic. de n. d. I 12 11 Ibid. I 1; Lucret. II 303; V 2 et 8
 20 Verg. Aen. VI 135 20-22 Hor. od. I 3, 38; 22, 10 25 Lucr.
 I 50-55 26 Cic. de n. d. I 66 (cf. 54) 28 Ibid. II 44;
 Lucret. I 248; V 416 s.; 480 s.; 495 s.; Ov. met. I 12 ss.; Fasti V 13
 26 Lactant. d. i. IV 8, 4; Augustin. de civ. dei VII 9 ex.

5 tedio 9 rudes] r; rude P 11 qua P corr. m 1 e quo
 13 filosofia 16 aut scire sit datum aut ruspari religiosum]
 No; aut scire sit datum ut scrutare permissum aut stuprari
 religiosum P 20 labori corr. 1 m ex lauri stupo-
 roire Jos. Martiu
 Wo. J. Kl. Ph. 1915, 478
 (cf. Otia Xen. mem. 4, 7, 6, 48 Oct.
 17, 6 a Xen. mem. 4, 7, 4).

5 teria suspenderit, licet terram fundaverit pondere et ma-
 re licet influxerit e liquore, unde haec religio, unde for-
 mido, quae superstitio est? (8) Homo et animal omne
 quod nascitur, inspiratur, attollitur, elementorum ut vo-
 luntaria concretio est, in quae rursus homo et animal
 omne dividitur, solvitur, dissipatur: ita in fontem re-
 fluunt et in semet omnia revolvuntur, nullo artifice nec
 iudice nec auctore. (9) Sic congregatis ignium semini-
 bus soles alios atque alios semper splendere, sic exhalatis
 terrae vaporibus nebulas semper adolescere, quibus
 densatis coactisque nubes altius surgere, isdem laben-
 tibus pluvias fluere, flare ventos, grandines increpare,
 vel nimbis confidentibus tonitrua mugire, rutilare ful-
 gora, fulmina praemicare: adeo passim cadunt, montes
 inruunt, arboribus incurrunt, sine dilectu tangunt loca,
 sacra et profana, homines noxios feriunt et saepe religio-
 sos. (10) Quid tempestates loquar varias et incertas, qui-
 bus nullo ordine vel examine rerum omnium impetus
 volutatur? in naufragiis bonorum malorumque fata mix-
 ta, merita confusa? in incendiis interitum convenire in-
 sontium nocentumque? et cum tabe pestifera caeli trac-
 tus inficitur, sine discrimine omnes deperire? et cum
 belli ardore saevitur, meliores potius occumbere? (11) In
 pace etiam non tantum aequatur nequitia melioribus,
 25 sed et colitur, ut in pluribus nescias, utrum sit eorum
 detestanda pravitas an optanda felicitas. (12) Quod si
 mundus divina providentia et alicuius numinis auctori-
 tate regeretur, numquam mereretur Phalaris et Diony-

2 Cic. de n. d. I 73; Lucret. V 1218 s. 5 Cic. de n. III 31
 8 Ovid. met. I 19 9 Cic. de n. d. II 101; 118; Tusc. I 43
 11 Verg. Aen. X 814 s. 15 Lucret. VI 417 18 Lucret. V
 200; Cic. de n. d. II 97 19 Lucret. II 1100 21 Verg. Aen.
 III 137 25 Senec. de benef. V 10, 4 28 Cic. de n. d. III
 79—86; cf. Ovid. amor. III 8

1 et mare et licet *P* ante rasuram 5 concretio corr. e
 concreto 9 atque (ante alios) bis habet *P* exalatis
 19 mixtā erita *P* m 1 21 nocentumque] *Wi numeri causa;*
 nocentiumque *P* 28 dionisius

sus regnum, numquam Rutilius et Camillus exilium, numquam Socrates venenum. (13) Ecce arbustā frugifera, ecce iam sēges canā, iam temulenta vindemia imbrī corrumpitur, grandine caeditur. Adeo aut incerta nobis veritas occultatur et premitur, aut, quod magis credendum est, variis et lubricis casibus soluta legibus fortuna dominatur.

VI. Cum igitur aut fortuna certa aut incerta natura sit, quanto venerabilius ac melius antistitem veritatis maiorum excipere disciplinam, religiones traditas colere, deos, quos a parentibus ante inbutus es timere quam nosse familiarius, adorare, nec de numinibus ferre sententiam, sed prioribus credere, qui adhuc rudi saeculo in ipsius mundi natalibus meruerunt deos vel faciles habere vel reges! Inde adeo per universa imperia, provincias, oppida videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere et deos colere municipales, ut Eleusinos Cererem, Phrygas Matrem, Epidaurios Aesculapium, Chaldaeos Belum, Astarten Syros, Dianam Tauros, Gallos Mercurium, universa Romanos. (2) Sic eorum potestas et auctoritas totius orbis ambitus occupavit, sic imperium suum ultra solis vias et ipsius oceani limites propagavit, dum exercent in armis virtutem religiosam, dum urbem muniunt sacrorum religionibus, castis virginibus, multis

2 Senec. de benef. II 28 6 Senec. ep. 94, 73 10 Cic. de n. d. I 61; II 5; III 5 11 Senec. nat. quaest. II 59, 1
13 Plato *Tim.* p. 40 D—E; Athenag. suppl. 23 (29, 24 ss.)
22 Verg. *Aen.* VI 795 ss.; Senec. ep. 94, 63 23 Cic. d. n. d. II 8; III 94

2 Cyprian. ad Demetr., 7 11 cf. Tert. ad nat. II 2 (p. 95, 15 s.; 96, 10; 21) et Proverb. 9, 10; Psalm. 11, 10 16 Tert. ad nat. II 8 (p. 108, 8 ss.); apol. 24, 8

5 praemittitur 9 antistitem] Wow (*antistes* = *magister*, v. CIL. X 3980; Olcott, *Thesaurus l. l. epigr.*, p. 351); antistites P 14 mundi P corr. e mundus 16 opida 17 ut Eleusinos] r; et E. P 18 esculapium chaldaeos 19 Taurios P (cf. 30, 4: Tauris) 20 universa P corr. ex universam (m *erasa*); numina universa Hal; sed v. Tert., Apol., 24, 10: apud vos quodvis colere ius est. Cfr. Lö, p. 8

honoribus ac nominibus sacerdotum, dum obsessi et ci-
tra solum Capitolium capti colunt deos, quos alius iam
sprevisset iratos, et per Gallorum acies mirantium super-
stitutionis audaciam pergunt telis inermes, sed cultu reli-
gionis armati, dum captis in hostilibus moenibus adhuc
ferociente victoria numina victa venerantur, dum undi-
que hospites deos quaerunt et suos faciunt, dum aras ex-
truunt etiam ignotis numinibus et Manibus. (3) Sic, dum
universarum gentium sacra suscipiunt, etiam regna me-
ruerunt. Hinc perpetuus venerationis tenor mansit, qui
longa aetate non infringitur, sed augetur: quippe anti-
quitas caerimoniis atque fanis tantum sanctitatis tri-
buere consuevit quantum adstruxerit vetustatis.

VII. Nec tamen temere (ausim enim interim et ipse
concedere et sic melius errare) maiores nostri aut obser-
vandis auguriis aut extis consulendis aut instituendis
sacris aut delubris dedicandis operam navaverunt. (2)
Specta de libris memoriam; iam eos deprehendes initi-
asse ritus omnium religionum, vel ut remuneraretur di-
vina indulgentia, vel ut averteretur imminens ira aut
iam tumens et saeviens placaretur. (3) Testis Mater
Idaea, quae adventu suo et probavit matronae castita-
tem et urbem metu hostili liberavit; testes equestrum

3 Liv. V 51, 9; Senec. de consol. 13, 2 Liv. V 46, 3;
Florus I 7 (13), 16 7 Liv. V 21, 1—3 8 Actus apost. 17,
23 9 Florus I 7 (13), 3 12 Cic. de n. d. II 5; Quint. III
7, 26 15 Cic. de n. d. II 163 22 Liv. XXIX 14, 12; Cic.
de imp. Pomp. 30; Ovid. Fast. IV 305 ss.

8 Tert. ad nat. II, 9 (p. 111, 6) 9 Tert. Apol. 25, 12 ss.
12 Ibid. 19, 1 22 Ibid. 22, 12; Lactant. d. i. II 7, 12; 16,
11; August. de c. d. X 16, 4 (Claudia Quinta)

3 spraevisset 5 captis in] r (sed capti corr. in praefat.);
capti in P 7 extruunt etiam] r; extruunt dum etiam P
9 meruerunt] r; merunt P 12 cerimoniis 13 adstruxerit
corr. m 1 ex adstrucserit 15 aut observandis] vulgo; ut ob-
servandis Pr 18 memoriam] r; memoria P depraehendes
20 aut iam] Hal; aut ut iam P (add. ut m 1 supra lineam)
22 Idaea] Ur; ///dea P (ex idea); dea r

fratrum in lacu, sicut se ostenderant, statuae consecratae, qui anhelis spumantibus equis atque fumantibus de Perse victoriam eadem die qua fecerant nuntiaverunt; testis ludorum offensus Iovis de somnio plebei hominis iteratio: et Deciorum devotio rata, testis est; testis et Curtius, qui equitis sui vel mole vel honore hiatum profundae voraginis coaequavit. (4) Frequentius etiam, quam volebamus, deorum praesentiam contempta auspicia contestata sunt. Sic Allia « nomen infaustum », sic Claudii et Iunii non proelium in Poenos, sed ferale naufragium est, et ut Trasimenus Romanorum sanguine et maior esset et decolor, sprevit auguria Flaminius, et ut Parthos signa repetamus, dirarum inprecationes Crassus et meruit et irrisit. (5) Omitto vetera quae multa sunt, et de deorum natalibus, donis, muneribus neglego carmina poetarum, praedicta etiam de oraculis fata transilio, ne vobis antiquitas nimium fabulosa videatur. Intende templis ac delubris deorum, quibus Romana civitas et protegitur et ornatur: magis sunt augusta numinibus incolis praesentibus, inquilinis quam cultu, insi-

168

T. Latinus
491-2

5

362

390

10 249

217

20. 53

15

20

1 Cic. d. n. d. II 5—8; III 11—12; Tusc. I 28; Ovid. Fast. I 708; Plutarch. Coriol. 3: *παρὰ τὴν κρήνην*; Florus I 28 (II 12), 15; Val. Max. I 8, 1; cf. Verg. Georg. II 135; Aen. XII 338; 372 4 Liv. II 36, 2; Cic. de div. I 55; Val. Max. I 7, 4 5 Liv. VIII 9; X 28, 12 s.; Cic. de div. I 51; de n. d. II 10 6 Liv. VII 6, 5; Val. Max. V 6, 2 9 Verg. Aen. VII 717; Liv. V 38 10 Cic. de n. d. II 7—8; de div. I 29; 77; II 20; 71; Liv. XXII 3 13 Verg. Aen. VII 606; Cic. de div. I 29 14 Cic. d. n. d. II 10 19 Verg. Aen. I 446 s.

Plut-16
App. II 18
Dio C. 39, 39

1 Tert. apol. 22, 12; Lactant. d. i. II 7, 9 s.; Symm. ep. I 89 4 Lactant. d. i. II 7, 20 14 Tert. apol. 22, 12

1 sicut se] Ur; sic P, sed c in rasura 2 anhelis] Ge; anhelis P; cf. Florus I 28, 15: Castorem et Pollucem fuisse creditum volgo . . ., a Macedonia venisse, quod adhuc anhelarent etc. 3 persae nunciaverunt P m 1 4 offensus] Ri; offensio P somnio] Ge; somno P 5 Deciorum] r; decuriorum P 7 coequavit 10 praelium P m 1 11 thraysimenus (non thraysymenus) sanguinē ante rasuram 13 phartos inpraecationes grassus 20 cultu] r; cultu/// P

gnibus et muneribus opulenta. (6) Inde adeo pleni et mixti deo vates futura praecerpunt, dant cautelam periculis, morbis medellam, spem adflictis, opem miseris, solacium calamitatibus, laboribus levamentum. Etiam per quietem deos videmus, audimus, agnoscimus, quos impie per diem negamus, nolumus, peieramus.

VIII. Itaque cum omnium gentium de dis immortalibus, quamvis incerta sit vel ratio vel origo, maneat tamen firma consensio, neminem fero tanta audacia tamque inreligiosa nescio qua prudentia tumescentem, qui hanc religionem tam vetustam, tam utilem, tam salubrem dissolvere aut infirmare nitatur. (2) Sit licet ille Theodorus Cyrenaeus, vel qui prior Diagoras Melius, cui Atheon cognomen adposuit antiquitas, qui uterque nullos deos adseverando timorem omnem, quo humanitas regitur, venerationemque penitus sustulerunt: numquam tamen in hac impietatis disciplina simulatae philosophiae nomine atque auctoritate pollebunt. (3) Cum Abderiten Protagoram Athenienses viri consulte potius quam profane de divinitate disputantem et expulerint suis finibus et in contione eius scripta deusserint, quid? homines (sustinebitis enim me impetum susceptae actionis liberius exerentem) homines, inquam, deploratae, inlicitae ac desperatae factionis grassari in deos non

1 Verg. Aen. VII 661; Senec. Phaedra 527 (cf. Norden, *Hermes*, 28, 506 ss.) 8 Cic. de n. d. I 44; II 5; 12 13 *ibid.* I 2; 29; 63; 117; III 89; Ioseph. contra Apion. II 266; Tatian. adv. Graecos, 27; Athenag. suppl. 4 (p. 5, 13 Schw.) 16 Cic. de n. d. I 3

13 Clemens Alex. Protr. II 24 (p. 18, 8; 304, 23); Lactant. de ira dei 9, 7 17 Tert. apol. 46, 7; 17; 47, 3; 49, 1 21 Lactant. de ira dei 9, 1—2 24 Tert. apol. 38, 1—2; 39, 1; 20; Origen. contra Cels. I 1 (p. 56, 2) Tert. apol. 50, 4; Lactant. d. i. V 9, 11—12

3 solatium *P m 2, corr. e* solacium 5 impiae 7 dis *P add. i s. l.* 11 tam] *add. Ge* 13 theodorus cyreneus dargoras *P add. sup. a littera i* Melius] *r;* milesius *P, incertum auctorisne ipsius errore an librarii* (Hal) 17 filosofiae 19 pitagora 21 scribta

cf. 10, 4
Roma-20
uis homini-
bus: Val-
maggi per
il pleonasmu
in Utin. Fel.
boll. di filol.
class. 17(10)
138/9.

ingemescendum est? (4) Qui de ultima faece collectis imperitioribus et mulieribus credulis sexus sui facilitate labentibus plebem profanae coniurationis instituunt, quae nocturnis congregationibus et ieiuniis sollemnibus et inhumanis cibis non sacro quodam, sed piaculo foederatur, latebrosa et lucifuga natio, in publicum muta, in angulis garrula : templa ut busta despiciunt, deos despuunt, rident sacra, miserentur miseri (si fas est) sacerdotum, honores et purpuras despiciunt, ipsi seminudi! (5) Pro mira stultitia et incredibilis audacia! spernunt tormenta praesentia, dum incerta metuunt et futura, et dum mori post mortem timent, interim mori non timent: ita illis pavorem fallax spes solacia rediviva blanditur!

IX. Ac iam, ut fecundius nequiora proveniunt, serpentibus in dies perditis moribus per universum orbem sacraria ista taeterrima impiae coitionis adolescent. Eruenda prorsus haec et execranda consensio. (2) Occultis se notis et insignibus noscunt et amant mutuo paene antequam noverint : passim etiam inter eos velut quaedam libidinum religio miscetur, ac se promisce appellant fratres et sorores, ut etiam non insolens stuprum

6 Verg. Georg. IV 243 (cf. Bürner, p. 13) 7 Tac. ann. IV 38 18 Epist. I Petri 3, 7; epist. Pauli ad Tit. 3, 7; ad Ephes. 3, 6 21 v. ad Octav. 31, 8; Martial. II 4, 3; X 65, 15; Petron 127; Lucian. Peregr. 13; Aristides XV 7; XVII 2; Athenag. suppl. 32; Theoph. ad Autol. III 4

4 Tert. ad uxor. II 14 7 Tert., de spect. 13 (p. 15, 23); de idol., 11 (p. 42, 22); Scorp. 5 in.; Origen. contra Cels. VII 62 (p. 211, 18); VIII 38 (p. 253, 3); Firm. Mat. de err. prof. rel. 16, 3 8 Tert. de spect. 13; de idol. 11 9 Octav. 31, 6; Tert. apol. 38, 3; 46, 13 12 Orig. contra Cels. VIII 49 (p. 264, 1—2) 16 cf. 10, 2; Tert. ad nat., 1, 7 (69, 13); apol. 1, 6; 37, 6 (cf. Harnack, Mission II², p. 5 ss.; Kirsch, p. 8) cf. 8, 3: factionis; Tert. apol. 39, 2; 20 17 Origen. contra Cels. VIII 55 (p. 271, 23) 21 Tert. apol. 39, 8—10; Lactant. d. i. V 15, 2—3; Augustin. ep. 23, 1

1 fece 3 labendibus 5 foederatur] Vah; foederantur P
6 lucifuga] Dan, Heu; lucifugax P 10 mira P corr. ex mi-
ram incredibilis P, sed s erasa 16 teterrima 17 he-
ruenda. 19 pene 19 velud

intercessione sacri nominis fiat incestum. Ita eorum
 vana et demens superstitio sceleribus gloriatur. (3) Nec
 de ipsis, nisi subsisteret veritas, maxime nefaria et ho-
 28,7 5 nore praefanda sagax fama loqueretur. Audio eos tur-
 pissimae pecudis caput, asini, consecratum inepta nescio
 qua persuasione venerari : digna et nata religio talibus
 moribus! (4) Alii eos ferunt ipsius antistitis ac sacerdotis
 colere genitalia et quasi parentis sui adorare naturam:
 nescio an falsa, certe occultis ac nocturnis sacris adposita
 10 suspicio! Et qui hominem summo supplicio pro facinore
 punitum et crucis ligna feralia eorum caerimonias fabu-
 latur, congruentia perditis sceleratisque tribuit altaria,
 ut id colant quod merentur. (5) Iam de initiandis tirun-
 culis fabula tam detestanda quam nota est. Infans farre
 15 contectus, ut decipiat incautos, adponitur ei qui sacris
 inbuatur. Is infans a tirunculo farris superficie quasi ad
 innoxios ictus provocato caecis occultisque vulneribus
 occiditur. Huius, pro nefas! sitienter sanguinem lam-
 bunt, huius certatim membra dispertiunt, hac foederan-
 20 tur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuum
 pignerantur. Haec sacra sacrilegiis omnibus taetriora.
 (6) Et de convivio notum est ; passim omnes locuntur,
 id etiam Cirtensis nostri testatur oratio. Ad epulas sol-
 lemni die coeunt cum omnibus liberis, sororibus, matri-

2 Verg. Aen. VIII 187; Tacit. hist. IV 54 Senec. ep. 28,
 10; de vita beata 12, 5 14 Iustin. apol. I 26, 7; II 12, 2;
 24, 2 ss.; Tatian. orat. ad Graec., 25 ex.; Athenag. suppl. 3 et
 31; Theoph. ad Autol. 3, 4 17 Verg. Aen. X 733

2 Tert. apol. 24, 7; de pallio 4; Cyprian. ad Demetr. 5;
 Lactant. d. i. I 1, 23; 15, 18; 23, 1; epit. 18, 3; 55, 1; Nov.
 de spect. II 6 4 Tert. ad nat. 1, 7 (67, 2 ss.); apol. 7, 8—13
 12 Tert. apol. 50, 4 14 Tert. ad nat. 1, 7 (p. 69—71); apol.
 7—8; Origen. contra Cels. VI 27 (p. 97, 24) 15 Tert. ad
 nat. 1, 7 (70, 8); apol. 8, 6 et 8 22 Tert. ad nat. 1, 7
 (p. 69, 20 ss.); apol. 7, 1; 8, 3 et 7

3 maxime nefaria] Dan; maxima et varia P 4 praefan-
 das P, sed s erasa 5 pecu///dis 7 alii sed i add. s. l.
 antistitis] r; antistis P 11 fabulatur] r; fabulantur P
 21 tetriora

bus, sexus omnis homines et omnis aetatis. Illic post
 multas epulas, ubi convivium caluit et incestae libidinis
ebriatis fervor exarsit, canis qui candelabro nexus est,
 iactu offulae ultra spatium lineae, qua vinctus est, ad im-
 petum et saltum provocatur. (7) Sic everso et extincto 5
 conscio lumine impudentibus tenebris nexus infandae cu-
 piditatis involvunt per incertum sortis, etsi non omnes
 opera, conscientia tamen pariter incesti, quoniam voto
 universorum adpetitur quicquid accidere potest in actu
 singulorum. 10

X. Multa praetereo consulto : nam et haec nimis mul-
 ta sunt, quae aut omnia aut pleraque omnium vera de-
 clarat ipsius pravae religionis obscuritas. (2) Cur etenim
 occultare et abscondere quicquid illud colunt magnopere
 nituntur, cum honesta semper publico gaudeant, scelera 15
 secreta sint? cur nullas aras habent, templa nulla, nulla
 nota simulacra, numquam palam loqui, numquam li-
 bere congregari, nisi illud, quod colunt et interpretunt,
 aut puniendum est aut pudendum? (3) Unde autem vel
 quis ille aut ubi deus unicus, solitarius, destitutus, quem 20
 non gens libera, non regna, non saltem Romana super-
 stitio noverunt? (4) Iudaeorum sola et misera gentilitas
 unum et ipsi deum, sed palam, sed templis, aris, victimis
 caerimoniisque coluerunt, cuius adeo nulla vis nec pote-
 stas est, ut sit Romanis hominibus cum sua sibi natione 25
 captivus. (5) At etiam Christiani quanta monstra, quae

5 Iustin. apol. I 26, 7 6 Verg. Aen. IV 167; Senec. epist.
 101, 15; Apul. met. 5, 26 Ovid. amor. I 6, 59 s. 11 Cic. de
 imp. Pomp. 26 15 Ev. Ioann. 3, 20 s. 19 Cic. de n. d. I 103

2 Stulp. Sev. Chron. II 13, 7 3 Tert. apol. 7, 1; 8, 7
 14 Origen. c. Cels. I 1 (p. 56, 2) 16 Tert. de spect. 13 (p. 15, 23);
 Origen. c. Cels. VIII 17 ss. (p. 234, 15 ss.); cf. Kirsch, p. 8.

1 hominis 2 epulas ubi convivium caluit] r; caruit P
 incaestae lividinis (lib. corr.) P 3 ebriatis] Meu; ebrietatis P
 canis] r in praef.; carnis Pr 8 opera] Hal; opere Heu; opora
 P (non oporae) 24 cerimonisq. P (e add. supra lit. erasam)
 25 hominibus] r; nominibus P 26 at m 2 ex ad x̄piani
 quanta monstra] Dav; quantā (corr. in quamtā) n̄ra P

portenta confingunt! Deum illum suum, quem nec ostendere possunt nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique et occultas cogitationes diligenter inquirere, discurrentem scilicet atque ubique praesentem : molestum illum volunt, inquietum, impudenter etiam curiosum, siquidem adstat factis omnibus, locis omnibus intererrat, cum nec singulis inservire possit per universa districtus nec universis sufficere in singulis occupatus.

10 XI. Quid quod toto orbi et ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium, ruinam moliuntur, quasi aut naturae divinis legibus constitutus aeternus ordo turbetur, aut, rupto elementorum omnium foedere et caelesti compage divisa, moles ista, qua continetur et cingitur,
 15 subruatur? (2) Nec hac furiosa opinione contenti aniles fabulas adstruunt et adnectunt : renasci se ferunt post mortem et cineres et favillas et nescio qua fiducia mendaciis suis invicem credunt : putes eos iam revixisse. (3) Anceps malum et gemina dementia, caelo et astris,
 20 quae sic relinquimus, ut invenimus, interitum denuntiare, sibi mortuis extinctis, qui sicut nascimur et interimus, aeternitatem repromittere! (4) Inde videlicet et execrantur rogos et damnant ignium sepulturas, quasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen
 25 et aetatibus in terram resolvatur, nec intersit, utrum ferae diripiant an maria consumant an humus contegat an

1 *Octav.* 32, 4; *Theoph. ad Autol.* I 2 4 *Senec. epist.* 2, 1; *de clem.* I 3, 5 6 *Cic. de n. d.* I 52; 54 7 *Ibid.* III 93
 11 *Senec. ad Polyb. de consol.* I 2—3 13 *Ovid. met.* 1, 256—258 14 *Senec. epist.* 91, 12; *Oedip.* 580; *Herc. Oet.* 1135 s. 1228 15 *Cic. d. div.* I 7; *de n. d.* II 70; 3, 12; *Tusc.* I 93; *Senec. de benef.* I 4, 5—6 16 *Cic. de off.* I 11
 24 *Octav.* 38, 3; *Senec. epist.* 92, 34—35; *de remed. fort.* 5, 1—5; *de consol.* 5, 1 25 *Euripid. fr.* 757 N; *ap. Cic. Tusc.* III 59

24 *Lactant. d. i.* VII 8, 6

8 districtus] r; destrictus P 14 compage] r; compagetur P, sed tur est punctatum 17 fabillas

flamma subducat, cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, poena sit, si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate medicina. (5) Hoc errore/decepti beatam sibi, ut bonis, et perpetem vitam mortui pollicentur, ceteris, ut iniustis, poenam sempiternam. Multa ad haec subpetunt, ni festinet oratio. Iniustos ipsos magis nec laboro, iam docui : quamquam, etsi iustos darem, culpam tamen vel innocentiam novi fato tribui sententiis plurimorum. (6) Et haec vestra consensio est; nam quicquid agimus, ut alii fato ita vos deo dicitis : sic sectae vestrae non spontaneos cupere, sed electos. Igitur iniquum iudicem fingitis qui sortem in hominibus puniat, non voluntatem.

(7) Vellem tamen sciscitari, ^{< sine corporibus an > Arist.} utrumne cum corporibus an absque corporibus, et corporibus quibus, ipsisne an innovatis resurgatur. Sine corpore? hoc, quod sciam, neque mens neque anima nec vita est. Ipso corpore? sed iam ante dilapsus est. Alio corpore? ergo homo novus nascitur, non prior ille reparatur. (8) Et tamen tanta aetas abiit, saecula innumera fluxerunt : quis unus ullus ab inferis vel Protesilai sorte remeavit, horarum saltem permissio commeatu, vel ut exemplo crederemus? (9) Omnia ista figmenta male sanae opinionis et inepta solacia a poetis fallacibus in dulcedinem carminis lusa a vobis nimirum credulis in deum vestrum turpiter reformata sunt.

1 Senec. de remed. fort. 5, 1-2
 Ill 14 17 Ibid. I 87 21 Lucian. dial. mort. 23; Iustin. apol. I 19, 3; Theoph. ad Aut. I 13
 21 Lactant. d. i. VII, 22, 10

3 baecatam 4 et] r; ut P mortui P (v. Kron, Philologus, 69, p. 128); mortuis r et vulgo 7 quamquam] qua (s. l.) quam P 8 novi] om. P, post plurimorum inseruit Vah (apud Hal), post innocentiam No 10 ut alii fato] P. Fortasse legendum: fato <feri> vel <agi>, vide Cic., de div., 1, 125: fieri omnia fato ratio cogit fateri; sed vide Cic., de div., 2, 20: vultis enim omnia fato 15 an absque corporibus] add. Wi, om. P 22 vel ut] r; velud P 24 in dulcedinem] Wo; in dulcedine P (cf. 32, 5: in sole)

7/8 αὐτὸ δὲ βωβρονῆς, πῦρο θεοῦ δωρον ὑπάρχει.
 Solades apud Stob.

11. Solades ib. 96

καὶ ἐπὶ τὸ μέγιστον δίκαιος κριτὴς ὑπάρχει
 καὶ τὸν κίβδηλόν τινα καὶ τὸν ἀδίκον αὐτοῦ εἰσεῖν.

XII. Nec saltem de praesentibus capitis experimen-
 tum, quam vos inritae pollicitationis cassa vota decipi-
 ant : quid post mortem inpendeat, miseri, dum adhuc
 vivitis, aestimate. (2) Ecce pars vestrum et maior, melior,
 5 ut dicitis,) egetis algetis, opere fame laboratis, et deus
 patitur dissimulat, non vult aut non potest opitulari
 suis ; ita aut invalidus aut iniquus est! (3) Tu, qui in-
 mortalitatem postumam/somnias, cum periculo quateris,
 cum febribus ureris, cum dolore laceraris, nondum con-
 10 dicionem tuam sentis? nondum adgnoscis fragilitatem?
 invitus miser infirmitatis argueris nec fateris!

(4) Sed omitto communia. Ecce vobis minae, suppli-
 cia, tormenta, et iam non adorandae sed subeundae cru-
 ces, ignes etiam quos et praedicitis et timetis : ubi deus
 15 ille, qui subvenire revivescentibus potest, viventibus non
 potest? (5) Nonne Romani sine vestro deo imperant re-
 gnant, fruuntur orbe toto vestrique dominantur? Vos
 vero suspensi interim atque solliciti honestis voluptati-
 bus abstinetis : non spectacula visitis, non pompis inter-
 20 estis, convivia publica absque vobis; sacra certamina,
 praecerptos cibos et delibatos altaribus potus abhorretis.
 Sic reformidatis deos quos negatis! (6) Non floribus caput
 nectitis, non corpus odoribus honestatis; reservatis un-
 guenta funeribus, coronas etiam sepulcris denegatis, pal-

4 Senec. nat. quaest. VII 30, 3 5 Senec. de prov. 2, 6
 6 Cic. de n. d. I 3; Iustin. apol. II 5; cf. Epicuri fr. 374 (Us
 p. 252, 30); Sextus Empir. Hypot. III 10 9 Ovid. ex Ponto
 I 10, 5 18 Octav. 37, 10; Tatian. orat. ad Gr. 23; Theophil.
 ad Autol. III 15 23 Verg. Aen. V 309

4 Cyprian. de cath. eccl. unit. 20 6 Tert. apol. 41, 2; 50,
 1—2; 12; Clem. Alex. Strom. IV 11, 78—80 (p. 283); Lactant.
 d. i. V 21, 7; de ira dei 13, 20 18 Origen. contra Cels. VIII
 21 (p. 238, 11 ss.); Lactant. d. i. VI 20, 10 21 Tert. de spect.
 13 (p. 15, 25)

1 salitem *P ante rasuram* 2 pollicitationis *P, corr. r*
 9 lacera^ris *P* 10 sent^tis *P (t sup. scr.)* 15 ñ potest *P*
 (ñ s. l. m. 1) 22 capud *P m 1*

lidi trepidi, misericordia digni, sed nostrorum deorum. Ita nec resurgitis miseri nec interim vivitis!

(7) Proinde si quid sapientiae vobis aut verecundiae est, desinite caeli plagas et mundi fata et secreta rimari: satis est ^{pro} pedibus aspicere, maxime indoctis inpolit^{is}, 5 rudibus agrestibus, quibus non est datum intellegere civilia, multo magis denegatum est disserere divina.

XIII. Quamquam si philosophandi libido est, Socraten, sapientiae principem, quisque vestrum tantus est, si potuerit, imitetur. Eius viri, quotiens de caelestibus ro- 10 gabatur, nota responsio est: « quod supra nos, nihil ad nos ». (2) Merito ergo de oraculo testimonium meruit prudentiae singularis. Quod oraculum, idem ipse persensit, idcirco universis esse praepositum, non quod omnia com- 15 perisset, sed quod nihil se scire didicisset: ita confessae inperitiae summa prudentia est. (3) Hoc fonte defluxit Arcesilae²⁴¹ et multo post Carneadis et Academicorum plu- 20 rimorum in summis quaestionibus tuta dubitatio, quo genere philosophari et caute indocti possunt et docti gloriose. (4) Quid? Simonidis Melici nonne admiranda om- 20 nibus et sectanda cunctatio? Qui Simonides, cum de eo, quid et quales arbitraretur deos, ab Hierone tyranno quaereretur, primo deliberationi diem petiit, postridie biduum prorogavit, mox alterum tantum admonitus

4 Ennius (fr. 201 Ribb.³) apud Cic. de div. II 30; de rep. I 30; cf. Terent. Adelph. 386; Senec. de morte Claud. 8, 3; Oedip. 972; Herc. Oet., 1975; Plato Theaet. p. 174 Senec. ep. 89, 1 Varro ap. Non. 396, 8; 382, 4 (Buech. 233) 8 Octav. 38, 5 9 Cic. de n. d. II 167; de fin. II 1 12 Cic. Lael. II 7; Cato 21, 78 15 Cic. Acad. post. I 15—16 17 Cic. de n. d. I 11 21 Ibid. I 60

10 Lactant. d. i. III 20, 10 11 Tert. ad nat. II 4 (p. 101, 20) 21 Tert. ad nat. II 2 (p. 96, 15); apol. 46, 8

8 filosofandi libido (*corr. ex filosofari dililudo*) 13 persensit] Ou; praesensit P 14 esse P, Val; se esse Wow; sese esse Dav; *sed v.* 4, 2 (dolere); 16, 2 (credere); 21, 2 (adsumptos) 17 arcesile carneadis P *corr. e carneatis* 20 Simonidis melici] r; simonides melchi P 23 quereretur petit postridie

adiunxit. Postremo, cum causas tantae morae tyrannus inquireret, respondit ille « quod sibi, quanto inquisitio tardior pergeret, tanto veritas fieret obscurior ». (5) Mea quoque opinione quae sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt, nec, tot ac tantis viris deliberantibus, temere et audaciter in alteram partem ferenda sententia est, ne aut anilis inducatur superstitio aut omnis religio destruat^{ur}. »

XIV. Sic Caecilius et renidens (nam indignationis eius tumorem effusae orationis impetus relaxaverat) : « Ecquid ad haec » ait « audet Octavius, homo Plautinae prosapiae, ut pistorum praecipuus, ita postremus philosophorum? »

(2) « Parce », inquam, « in eum ^{plaudere} : neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis, quam utrimque plenius fuerit peroratum, maxime cum non laudi, set veritati disceptatio vestra nitatur. (3) Et quamquam magnum in modum me subtili varietate tua delectarit oratio, tamen altius moveor, non de praesenti actione, sed de toto genere disputandi, quod plerumque pro disserentium viribus et eloquentiae potestate etiam perspicuae veritatis condicio mutetur. (4) Id accidere pernotum est auditorum facilitate, qui dum verborum lenocinio a rerum intentionibus avocantur, sine dilectu adsentiantur dictis omnibus nec a rectis falsa secernunt, nescientes inesse et incredibile verum et verisimile mendacium. (5) Itaque, quo saepius adseverationibus cre-

7 Cic. de div. I 7 12 Cic. de orat. I 46; 144; Senec. epist. 90, 22 (v. Burger, p. 12) 18 Cic. de fin. II 3; Theophil. ad Aut. I 1 19 Cic. de n. d. III 5 23 ss Plato Phaedo 38—39, p. 88C—89D (v. quae disputavi in *Mélanges Boissier*, p. 455); Cic. de n. d. I 10 24 Senec. epist. 90, 20

24 Lactant. d. i. III 1, 2

1 adiunxist, sed x in rasura 9 renitens P corr. r 10 ecquid] Ur; et qui P 12 pistorum P; istorum El; Christianorum Stie filosofozum 17 laudi set] Hal; laudis et P (sed corr. 2 vel 3 m); vide 37, 9 24 dilectū 26 incredibile] Wi; incredibili P verisimile] Wi numeri causa; in verisimile P

dunt, eo frequentius a peritioribus arguuntur : sic ad-
 sidue temeritate decepti culpam iudicis transferunt ad
 incerti querellam, ut damnatis omnibus malint universa
 suspendere quam de fallacibus iudicare. (6) Igitur nobis
 providendum est, ne odio identidem sermonum omnium
 laboremus ita, ut in execrationem et odium hominum
 plerique simpliciores efferantur. Nam incaute creduli
 circumveniuntur ab his quos bonos putaverunt : mox
 errore consimili iam suspectis omnibus ut improbos me-
 tuunt etiam quos optimos sentire potuerunt.

(7) Nos proinde solliciti, quod utrimque omni negotio
 disseratur et ex altera parte plerumque obscura sit veritas,
 ex altero latere mira subtilitas quae nonnumquam
 ubertate dicendi fidem confessae probationis imitetur,
 diligenter quantum potest singula ponderemus, ut argu-
 tias quidem laudare, ea vero quae recta sunt, eligere,
 probare, suscipere possimus. »

XV. « Decedis » inquit Caecilius « officio iudicis reli-
 giosi : nam periniurium est vires te actionis meae inter-
 gressu gravissimae disputationis infringere, cum Octa-
 vius integra et inlibata habeat singula, si potest, refu-
 tare. »

(2) « Id quod criminari » inquam « in commune, nisi
 fallor, compendium protuli, ut examine scrupuloso no-
 stram sententiam non eloquentiae timore, sed rerum ip-
 sarum soliditate libremus. Nec avocanda, quod quereris,
 diutius intentio, cum toto silentio liceat responsionem
 Ianuari nostri iam gestientis audire. »

XVI. Et Octavius : « Dicam equidem, ut potero, pro
 viribus, et adnitendum tibi mecum est, ut conviciorum
 amarissimam labem verborum veracium fluminē dilu-
 amus.

18 cf. Cic. Verr. A. I 28 21 Senec. de const. VI 9; de benef. p. 20, 611
 II 4, 3; Plin. Pan. 25, 1; Fronto Epist. p. 5 N 31 Cic. de n.
 d. II 1; 20; Plato Phaedr. p. 243 D

3 quaerellam mallint 8 ab his] P (cf. 33, 4); ab iis Hal
 et vulgo 21 refutare] Her; reputare P 26 quaereris 30 com-
 vitiorum P corr. in conviciorum 31 flumine] Meu; inlumine P
 verborum
 addes
 et illa-
 viciis
 10 158, 18 n.

xx) occurrunt in 1/3

3: utrum, astu ac iudicio turbata sit

20 Walter Philol. MINUCII FELICIS No. 1925, 352

ratione balentat.

vacillavit

proleptis

Nec dissimulabo principiō ita Natalis mei errantem, vagam, lubricam nutasse sententiā, ut sit nobis ambigendum, utrum vafritiā turbata sit, an vacillaverit per errorem. (2) Nam interim deos credere, interim se delibere variavit, ut propositionis incerto incertior responsionis nostrae intentio fundaretur. Sed in Natali meo versutiam nolo, non credo : procul est ab eius simplicitate subtilis urbanitas. (3) Quid igitur? Ut qui rectam viam nescit, ubi, ut fit, in plures una diffinditur, quia viam nescit, haeret anxius nec singulas audet eligere nec universas probare : sic, cui non est veri stabile iudicium, prout infida suspicio spargitur, ita eius dubia opinio dissipatur. (4) Nullum itaque miraculum est, si Caecilius identidem in contrariis ac repugnantibus iactetur, aestu et fluctuetur. Quod ne fiat ulterius, convincam et redarguam quamvis diversa, quae dicta sunt, una veritate confirmata probataque : sic nec dubitandum ei de cetero est nec vagandum.

(5) Et quoniam meus frater erupit, aegre se ferre, stomachari, indignari, dolere, inlitteratos, pauperes, inperitos de rebus caelestibus disputare, sciat omnes homines, sine dilectu aetatis, sexus, dignitatis, rationis et sensus capaces et habiles procreatos nec fortuna nantos, sed natura insitos esse sapientiam : quin ipsos etiam philosophos, vel si qui alii artium repertores in memorias exierunt, priusquam sollertia mentis parerent nominis clari-

1 Cic. de n. d. I 120; II 2 9 Verg. Aen. VI 540; Ovid. Fast. V 3—6 19 Octav. 5, 2 24 Cic. de n. d. I 44; de fin. IV 4; 10; Senec. epist. 44, 1—3; 90, 1 (Burger, p. 14) 26 Senec. de benef. III 29, 7

24 Lactant. d. i. I 22, 8

3 vafritia] Hau; versutia Vah; tua eruditio P 5 incertior] Ur; certior P 7 simplicitate] Ge; subtilitate simplicitate P
 9 ut fit] Ge; ut sit P diffinditur] Ge (cf. Verg. Aen. 6, 540); diffunditur P quia P sed a erasa 10 heret nec (c s. l.) universas 14 aestu et 15 convincam 17 probataque sic] Dav; provataq. sint P 19 stomachari 24 philosophos 25 exierunt P, sed i s. l. m 2 26 claritate P 1 m

cf. Minucii Felicitas p. 53, 17.

tatem, habitos esse plebeios, indoctos, seminudos : adeo divites facultatibus suis inligatos magis aurum suspicere consuesse quam caelum, nostrates pauperes et commentos esse prudentiam et tradidisse ceteris disciplinam. Unde apparet ingenium non dari facultatibus nec studio parari, sed cum ipsa mentis formatione generari. (6) Nihil itaque indignandum vel dolendum, si quicumque de divinis quaerat, sentiat, proferat, cum non disputantis auctoritas, sed disputationis ipsius veritas requiratur. Atque etiam, quo imperitior sermo, hoc inlustrior ratio est, quoniam non fucatur pompa facundiae et gratiae, sed, ut est, recti regula sustinetur.

XVII. Nec recuso, quod Caecilius adserere inter praecipua conisus est, hominem nosse se et circumspicere debere, quid sit, unde sit, quare sit : utrum elementis concretus an concinnatus atomis, an potius a deo factus, formatus, animatus. (2) Quod ipsum explorare et eruere sine universitatis inquisitione non possumus, cum ita cohaerentia, conexa, concatenata sint, ut nisi divinitatis rationem diligenter excusseris, nescias humanitatis, nec possis pulchre gerere rem civilem, nisi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem, praecipue cum a feris beluis hoc differamus, quod illa prona in terramque vergentia nihil nata sint prospicere nisi pabulum, nos, quibus vultus erectus, quibus suspectus in caelum datus est, sermo et ratio, per quae deum adgnosimus, sentimus, imitamur, ignorare nec fas nec licet ingerentem sese oculis et sensibus nostris caelestem claritatem :

2 Senec. epist. 17, 3 9 Cic. de n. d. I 10 10 Theophil. ad Autol. I 1 13 Octav. 5, 5 22 Cic. de fin. III 64; de n. d. II 154 23 cf. Cic. Acad. pr. II 108 Cic. de n. d. II 140; de leg. I 26; Sall. Cat. I 1; Ovid. met. I 84 s.; Senec. epist 94, 56; cf. Xenoph. mem. I 4, 11

2 Lactant. d. i. VI 4, 20; VII 1, 19 22 Tert. apol. 38, 3
23 Lactant. d. i. II 1, 14—19; Cyprian. ad Demetr. 16; Isidor. orig. XI 1, 5 27 Lactant. d. i. II 1, 6 Ibid. I 5, 2

11 fugatur *P*, corr. in *r* 15 aelementis 16 athomis
18 coherentia

xx only. quae ipse
u. inquisitione

2) para...
fieri...

sacrilegii enim vel maxime instar est, humi quaerere quod in sublimi debeas invenire.

(3) Quo magis mihi videntur qui hunc mundi totius ornatum non divina ratione perfectum volunt, sed frustis quibusdam temere cohaerentibus conglobatum, mentem, sensum, oculos denique ipsos non habere. (4) Quid enim potest esse tam apertum, tam confessum tamque perspicuum, cum oculos in caelum sustuleris et quae sunt infra circaque lustraveris, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur?

(5) Caelum ipsum vide : quam late tenditur, quam rapide volvitur, vel quod in noctem astris distinguitur, vel quod in diem sole lustratur : iam scies, quam sit in eo summi moderatoris mira et divina libratio. Vide et annum, ut solis ambitus faciat, et mensem vide, ut luna auctu, senio, labore circumagat. (6) Quid tenebrarum et luminis dicam recursantes vices, ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio? Relinquenda vero astrologis prolixior de sideribus oratio, vel quod regant cursum navigandi, vel quod arandi metendique tempus inducant. Quae singula non modo ut crearentur, fierent, disponerentur, summi opificis et perfectae rationis eguerunt, verum etiam sentiri, perspicui, intellegi sine summa sollertia et ratione non possunt.

(7) Quid? cum ordo temporum ac frugum stabili varie-

3 Cic. de n. d. II 17; 115; de fin. I, 20; Acad. post. 38; cf. Aristides, apol. I 1; Athenag. suppl. 4 (p. 5, 18); 13 (p. 14, 13); Theophil. ad Autol. I 6; cf. Epist. Pauli ad Rom. I 20; Clem. Rom. ad Cor. I 30, 3 4 Octav. 5, 7 5 Cic. de n. d. II 147; cf. 55 7 Ibid. II 4 10 Ibid. II 15, 91—162 12 Ibid. II 15; 92—101 18 Ibid. II 132; de rep. IV 1 (Non. p. 234, 12) 21 Verg. Georg. I 253 22 Cic. de n. d. II 115 23 Ibid. II 97 26 Ibid. II 98

3 Lactant. d. i. II 5; III 3, 25 ss. 8 Ibid. I 2, 5 10 Tert. apol. 17, 4

15 coherentibus 19 astrologis *P corr. 1 m in astrologis*
24 perspicis *P, sed s erasa*

*17 Verg. Georg. I 253 referens sibi: vixit longior laboris
d. 2742 vixit longior laboris*

L<iam>? 457 (55) hiberni Bach
of-plant

tate distinguitur, nonne auctorem suum parentemque testatur ver aequae cum suis floribus et aestas cum suis messibus et autumnus maturitas grata et hiberna olivitas necessaria? Qui ordo facile turbaretur, nisi maxima ratione consisteret. (8) Iam providentiae quantae, ne hiems sola glacie ureret aut sola aestas ardore torreret, autumnus et veris inserere medium temperamentum, ut per vestigia sua anni revertentis occulti et innoxii transitus laberentur!

Varro
5
Hort. 2.2

(9) Mari intende : lege litoris stringitur. [Quicquid arborum est vide : quam e terrae visceribus animatur!] Aspice oceanum : refluit reciprocis aestibus. Vide fontes : manant venis perennibus. Fluvios intueri : eunt semper exercitis lapsibus.

10
15
20
perennibus
Hort.
Ost.
per
Hort.
opus

(10) Quid loquar apte disposita recta montium, collium flexa, porrecta camporum? quidve animantium loquar adversus sese tutelam multiformem? alias armatas cornibus, alias dentibus saeptas et fundatas ungulis et spicatas aculeis aut pedum celeritate liberatas aut elatione pinnarum?

(11) Ipsa praecipue formae nostrae pulchritudo deum fatetur artificem : status rigidus, vultus erectus, oculi in summo velut in specula constituti et omnes ceteri sensus velut in arce compositi.

XVIII. Longum est ire per singula. Nihil in homine membrorum est, quod non et necessitatis causa sit et decoris, et quod magis mirum est, eadem figura omnibus,

3 Cic. de rep. IV 1 (Non. p. 343, 18) 7 Senec. de benef. IV 28, 1; VII 31, 4; cf. Xenoph. mem. IV 3, 9; Verg. Georg. II 345 10 Cic. de n. d. II 100 Iob 38, 8 Cic. de n. d. II 120 12 Ibid. II 100; 132 Ibid. II 98 15 Ibid. II 132; cf. Apul. met. I 2 16 Cic. de n. d. II 121; 127 21 Octav. 17, 2 24 Cic. de n. d. II 140; cf. Plin. N. H. II 135 26 Cic. de n. d. I 47; II 133-140 27 Ibid. I 80

16 Lactant. de opif. dei II 3 s.

2 testatur? Ver P; recte verba distinxit Heu 6 hiemps
9 laverentur P m 1 18 septas P 19 caeleritate 23 sensib;
P, corr. in r 24 velud

x) 24 velud... quod siat...
1, 12, 16. quod siat...
de 3...
1, 12, 16. quod siat...
de 3...
1, 12, 16. quod siat...
de 3...

sed quaedam unicuique liniamenta deflexa : sic et similes universi videmur et inter se singuli dissimiles invenimur.

(2) Quid nascendi ratio? quid? cupido generandi nonne a deo data est, et ut ubera partu maturescente lactescant et ut tener fetus ubertate lactei roris adolescat?

(3) Nec universitati solummodo deus, sed et partibus consulit. Britannia sole deficitur, sed circumfluentis maris tepore recreatur; Aegypti siccitatem temperare Nilus amnis solet, Euphrates Mesopotamiam pro imbribus pensat, Indus flumen et serere orientem dicitur et rigare.

(4) Quod si ingressus aliquam domum omnia exulta, disposita, ornata vidisses, utique praeesse ei crederes dominum et illis bonis rebus multo esse meliorem : ita in hac mundi domo, cum caelo terraque perspicias providentiam, ordinem, legem, crede esse universitatis dominum parentemque ipsis sideribus et totius mundi partibus pulchriorem.

(5) Ni forte, quoniam de providentia nulla dubitatio est, inquirendum putas, utrum unius imperio an arbitrio plurimorum caeleste regnum gubernetur : quod ipsum non est multi laboris aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla utique de caelo. (6) Quando umquam regni societas aut cum fide coepit aut sine cruore discessit? Omitto Persas de equorum hinnitu augurantes prin-

4 Cic. d. n. d. II 69; 128; Lucret. I 258; Xenoph. mem. I 4, 7
 7 Cic. de n. d. II 164; Senec. epist. 95, 50 9 Cic. de n. d. II 130 Ibid. 26 12 Ibid. II 15—18; cf. Athenag. suppl. 16 (p. 17, 2 ss.) 18 Liber sapient. 13, 1; Plato Tim. 29 A; Athenag. l. c. 24 Ennius (fr. 381 Ribb.) ap. Cic. de off. I 26 et de rep. I 49; Senec. Agam. 259; Lucan. Phars. I 92; cf. Otto, Sprichw. 296 25 Herod. III 84; Val. Max. 7, 2; Iustin. Apol. I 10
 23 Cyprian. idol. 8

5 maturescente P (ma in rasura, tu s. l.) 8 bryttania
 9 egypti temperare Nilus amnis solet] Cima; temperat nilus amnis colet P 10 euphrates 15 caelo terraque] Tho; caelum terramque P (perlustrans add. Vah ap. Hal; perscrutans aspicias Boe) 17 sideribus P 1 m

cipatum, et Thebanorum par, mortuam fabulam, trans-
eo. Ob pastorum et casae regnum de geminis memoria,
notissima est. Generi et soceri bella toto orbe diffusa
sunt, et tam magni imperii duos, fortuna non cepit.

(7) Vide cetera : rex unus apibus, dux unus in gregibus,
in armentis rector unus. Tu in caelo summam potesta-
tem dividi credas et scindi veri illius ac divini imperii
totam maiestatem, ^{10, 2} cum palam sit parentem omnium
deum nec principium habere nec terminum, qui nativi-
tatem omnibus praestet, sibi perpetuitatem, qui ante
mundum fuerit sibi ipse pro mundo : qui universa, quae-
cumque sunt, verbo iubet, ratione dispensat, virtute con-
summat.

(8) Hic non videri potest : visu clarior est; nec con-
prehendi : tactu purior est; nec aestimari : sensibus ma-
ior est, infinitus, inmensus et soli sibi tantus, quantus
est, notus. Nobis vero ad intellectum pectus angustum
est, et ideo sic eum digne aestimamus, dum inaestima-
bilem dicimus. (9) Eloquar quemadmodum sentio : magni-
tudinem dei qui se putat nosse, minuit; qui non vult
minuere, non novit.

1 Stat. Theb. X 876; Petron. sat. 80 2 Propert. V 1, 10
4 Lucan. Phars. I 111; Florus II 13 (IV 2), 14; Senec. Thyest.
444; cf. Iuven. X 148; 168—169; Senec. Suasor. I 5 5 Senec.
de clem. I 19, 2 10 Epist. I Pauli ad Tim. 6, 13 et 16
11 Athenag. suppl. 16 (p. 17, 6 s.); cf. Geffcken, *Zwei gr. Apol.*
p. 191 12 Ev. Ioann. I 1—14; Athenag. suppl. 10 (p. 10—11
Schw.) 14 Ep. Pauli ad Rom. 1, 20; Aristides apol. I 4 (cf.
Geffcken p. 36—37); Athenag. suppl. 10 (p. 10, 22 ss. Schw.);
cf. Geffcken p. 170; Theophil. ad Autol. I 3

5 Lactant. de ira dei 11, 4 6 Ibid. 11, 6 11 Tert. adv.
Prax. 5 (p. 233, 7) 12 Tert. apol. 17, 1; 21, 10; 17; adv. Prax.
5; 19; de orat. 1; Lactant. d. i. IV 9; epit. 37, 2 14 Tert.
apol. 17, 2—3; Cyprian. idol. 9 18 Pseud. Orig. (Novatianus)
tract. 1 (C. Weyman, Archiv XI p. 576)

1 thebanorum P (h s. l.) par, mortuam] Meu, Ri; per mor-
tuā P 8 maiestatem] JGr; potestatem] P ex ditto. 10 pre-
stet 14 nec comprehendi (No): tactu purior est] Can et Ur ex
libro *Quod idola di non sint*, 9; nec comprehendi potest P
17 vero P (corr. e verbo)

(10) Nec nomen deo quaeras : deus nomen est. Illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est : deo, qui solus est, dei vocabulum totum est. Quem si patrem dixerero, carnalem opineris; si regem, terrenum suspiceris; si dominum, intelleges utique mortalem. Aufer additamenta nominum et perspicies eius claritatem.

(11) Quid quod omnium de isto habeo consensum? Audio vulgus : cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam « deum » dicunt et « deus magnus est » et « deus verus est » et « si deus dederit ». Vulgi iste naturalis sermo est an Christiani confitentis oratio? Et qui Iovem principem volunt, falluntur in nomine, sed de una potestate consentiunt.

XIX. Audio poetas quoque unum patrem divum atque hominum praedicantes, et talem esse mortalium mentem qualem parens omnium diem duxerit. (2) Quid? Mantuanus Maro nonne apertius, proximius, verius « principio » ait « caelum ac terras » et cetera mundi membra « spiritus intus alit et infusa mens agitatur, inde hominum pecu-

1 Aristides apol. I 5; Iustin. apol. I 61 et II 6; Cohort. ad gent. 21 in. 9 Verg. Aen. I 93; 487; II 688; III 176; V 256; X 667; 845 13 Plato Phaedr. 246 e; Cic. de n. d. II 4; Athenag. suppl. 7 (p. 8, 8); 23 (p. 30, 3); Cohort. ad Gr. 31 15 Ennius (fr. 566 s. Vahl.) ap. Cic. de n. d. II 4; cf. Varro de l. l. V 65 M et Verg. Aen. X 2; Iustin. apol. I 13, 4 16 Hom. Od. 18, 135 s.; Cic. de fato, fr. 3 (ap. Augustin. de c. d. V 8, 5) 18 Verg. Aen. VI 724—729

1 Origen. contra Cels. VII 27; Cyprian. 9; Lactant. d. i. I 6, 5 5 Tert. de carne Christi XI; Clem. Alex. Homil. XVII 7 ss. 8 Tert. apol. 17, 5—6; de test. an. 2; adv. Marc. I 10; de anima 41 9 Tert. apol. 24, 5 13 Arnob. contra nat. III 30; Origen. contra Cels. VIII 4 (p. 224, 7); Lactant. d. i. II 1, 7; cf. Tert. apol. 24, 3 18 Lactant. I 5, 11 s.

5 carnalem ... terrenum] Wo; terrenum ... carnalem P
6 intelleges] *habet P* 8 de histo P ante rasuram 10 dñs
(= *deum*) verus P corr. in dñs (= *dominus*) verus (*pro dñs verus*)
12 xpiani 17 duxerit] *du//xerit P*; cf. *Aen.* 2, 801; *Hom., Od.*
18, 137

dumque genus » et quicquid aliud animalium? Idem alio loco mentem istam et spiritum deum nominat. Haec enim verba sunt:

deum namque ire per omnes
 terrasque tractusque maris caelumque profundum, 5
 unde hominum genus et pecudes, unde imber et ignes.

Quid aliud et a nobis deus quam mens et ratio et spiritus praedicatur?

(3) Recenseamus, si placet, disciplinam philosophorum: 10
 deprehendes eos, etsi sermonibus variis, ipsis tamen rebus in hanc unam coire et conspirare sententiam.

(4) Omitto illos rudes et veteres, qui de suis dictis sapientes esse meruerunt. Sit Thales Milesius omnium primus, qui primus omnium de caelestibus disputavit. Is autem Milesius Thales rerum initium aquam dixit, deum autem eam mentem quae ex aqua cuncta formaverit. (Esto altior et sublimior aquae et spiritus ratio, quam ut ab homine potuerit inveniri, a deo traditum): vides philosophi principalis nobiscum penitus opinionem consonare.

(5) Anaximenes deinceps et post Apolloniatas Diogenes aëra deum statuunt infinitum et inensum: horum quoque similis de divinitate consensus est. (6) Anaxagorae

4 Verg. Georg. IV 221 s. 6 Verg. Aen. I 743 7 Verg. Aen. VI 726 s.; Senec. ad Helv. 8, 3; nat. quaest. II 165; de benef. IV 7 12 Senec. nat. quaest. III 14, 2 Cic. Lael. 7; Diogen. Laert. I 40 13 Cic. de n. d. I 25; Cohort. ad gent. 3; Athenag. suppl. 23 16 Genes. 1, 2 (cf. Vahlen, *Ges. phil. Schr.* I 651) 17 Senec. Controv. I 2, 18; Senec. ep. 102, 28; 108, 13; de ira 20, 2; Cic. de orat. III 21—22; de fin. V 44 20 Cic. de n. d. I 26 Ibid. I 29 22 Ibid. I 26

4 Lactant. d. i. I 5, 4—13 13 Tert. apol. 46, 8; De anim. 5; 6 17 Lactant. Epit. 3, 1

3 verba] Ur; vera P 6 hominum genus] Vah, *Opusc.* II 116 (cf. *Aen.* 1, 743; *Georg.* 4, 221); homines P 7 a nobis P corr. ex ad nobis 10 deprehendes 13 thales P (h add. s. l.) 14 disputavit P corr. ex disputabit is autem] Vah apud Hal; isdem P 15 milesius thales P 16 esto] Vah (*Ges. phil. Schr.* I 651); eo P 18 potuerit] Vah; poterit P philosophi 20 anaximenes

vero discriptio et motus infinitae mentis deus dicitur, et
 Pythagorae deus est animus per universam rerum natu-
 ram commeans et intentus, ex quo etiam animalium om-
 nium vita carpatur. (7) Xenophanen notum est omne
 5 infinitum cum mente, deum tradere, et Antisthenen po-
 pulares deos multos, sed naturalem unum praecipuum,
 Speusippum vim animalem, qua omnia regantur, deum
 nosse. (8) Quid? Democritus, quamvis atomorum pri-
 mus inventor, nonne plerumque naturam quae imagines
 10 fundat et intellegentiam deum loquitur? Straton quo-
 que et ipse naturam. Etiam Epicurus ille, qui deos aut
 otiosos fingit aut nullos, naturam tamen superponit.
 (9) Aristoteles variat et adsignat tamen unam potesta-
tem: nam interim mentem, mundum interim deum dicit,
 15 interim mundo deum praeficit. Theophrastus etiam
variat, alias mundo, alias menti divinae tribuens princi-
patum. Heraclides Ponticus quoque mundo divinam
 mentem quamvis varie adscribit. (10) Zenon et Chrysip-
 pus et Cleanthes sunt et ipsi multiformes, sed ad unita-
 tem providentiae omnes revolvuntur. Cleanthes enim

2 Cic. de n. d. I 27 4 Ibid. I 28 5 Ibid. I 32 7 Ibid. 8 Ibid.
 I 29 10 Ibid. I 35 11 Ibid. I 43; 51; 53; 67; 101 s.; 123; II
 59; Lucret. II 644 13 Cic. de n. d. I 33 15 Ibid. I 35; cf.
 Acad. prior. II 118 17 Cic. de n. d. I 34 18 Ibid. I 36;
 37; 39 19 Ibid. I 37

2 Lactant. de ira dei 11, 14 11 Tert. ad nat. II 2 (p. 96, 6);
 apol. 47, 6; de anima 46 13 Lactant. d. i. I 5, 22 19 Tert.
 apol. 21, 10

1 discriptio] Us; descriptio P motus] Meu et Ri; metus
 P 4 carpatur] Vah, No (cf. Cic., de nat. deor. I 27; Lactant.
 div. inst. I 5, 17); capitatur P xenophanen 5 antisthenen
 7 zeuxippus (em. Gelenius) vim animalem] Dav (cf. Cic., ib.
 I 32); vim naturalem animalem P qua] P; quo P corr. m 2
 8 atomorum 13 praeficit] aristoteles ponticus variat] alias mundo
 alias menti divinae tribuens principatum heraclides ponticus
 quoque de deo divinam mentem quamvis varie adscribit (*supra*
it scriptum est dō). theophrastus et zenon et chrysippus et clean-
 thes] Sic habet P Theophrastus et] transposuit Roe (coll.
 Cic., de nat. deor. I 35), *deletis verbis aristoteles ponticus*; Theo-
 phrastus etiam Vah 17 mundo] Sauppe (cf. Cic. de nat. deor. I 34)

mentem modo *naturae atque* animum, modo aethera, plerumque rationem deum disserit. Zenon, eiusdem magister, naturalem legem atque divinam et aethera interim interdumque rationem vult omnium esse principium; idem interpretando Iunonem aëra, Iovem caelum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum et ceteros similiter vulgi deos elementa esse monstrando, publicum arguit graviter et revincit errorem. (11) Eadem fere Chrysippus : vim divinam rationalem, naturam et mundum, interim et fatalem necessitatem deum credit Zenonemque interpretatione physiologica in Hesiodi, Homeri Orphei que carminibus imitatur. (12) Babylonio etiam Diogeni disciplina est exponendi et disserendi, Iovis partum et ortum Minervae et hoc genus cetera rerum vocabulā esse, non deorum. (13) Nam Socraticus Xenophon formam dei veri negat videri posse et ideo quaeri non oportere, Ariston Stoicus comprehendi omnino non posse : uterque maiestatem dei intellegendi desperatione senserunt. (14) Platoni apertior de deo et rebus ipsis et nominibus oratio est et quae tota esset caelestis, nisi persuasionis civilis nonnunquam admixtione sordesceret. Platoni itaque in Ti-

2 Cic. d. n. d. I 36 5 Ibid. II 36 et 63—69; III 24; Athenag. suppl. 6 8 Cic. de n. d. I 39; 40; 55 12 Ibid. I 41 14 Ibid. III 24 15 Ibid. I 31; cf. Xenoph. mem. IV 3, 13 16 Cic. de n. d. I 37 18 Octav. 26, 12; Plato Tim. p. 28 C et 29 A; de leg. VII p. 821 A; Cic. de n. d. I 18; 30; Tim. 6; Philo, de mon. II 216; Ioseph. contra Apion. II 224; Iustin. apol. II 10, 7; Cohort. ad Graec. 38; Athenag. suppl. 6 (p. 7, 5 Schw.); Apul. de dogm. Platon. 1, 5; de deo Socr. 3; Plin. N. H. 2, 7 (5), 14

2 Tert. apol. 21, 10 15 Lactant. de ira dei 11, 13 18 Tert. apol. 46, 9; Clem. Alex. Protrept. 6, 68 (p. 51, 28—30); Origenes contra Cels. 7, 42 (p. 192, 29); Lactant., ib. 11, 11; d. i. I 8, 1

1 mentem modo naturae atque animum] cf. Cic., de n. d. 1, 37; fortasse: mundum (vel mentem) modo, modo animum Hal; mentem modo animum P 2 disserit] Dav, Wi (numeri causa); disseruit P 11 physiologica] Bur; phylologiae P corr. ex phylologiae aesiodi homeri orfei que 14 cetera] Ri; ceterarum P 15 xenophon 16 aristo stonicus 17 comprahendi magistatem

maeo deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animae, caelestium terrenorumque fabricator, quem et invenire difficile prae nimia et incredibili potestate, et cum inveneris, in publicum dicere impossibile praefatur.

5 (15) Eadem fere et ista, quae nostra sunt: nam et deum novimus et parentem omnium dicimus et numquam publice nisi interrogati praedicamus.

XX. Exposui opiniones omnium ferme philosophorum, quibus inlustrior gloria est, deum unum multis licet designasse nominibus, ut quis arbitretur, aut nunc Christianos philosophos esse aut philosophos fuisse iam tunc Christianos.

(2) Quod si providentia mundus regitur et unius dei nutu gubernatur, non nos debet antiquitas imperitorum fabellis suis delectata vel ^{captiva} ad errorem mutui rapere consensus, cum philosophorum suorum sententiis refellatur, quibus et rationis et vetustatis adsistit auctoritas.

(3) Maioribus enim nostris tam facilis in mendaciis fides fuit, ut temere crediderint etiam alia monstruosa, mera miracula: Scyllam multiplicem, Chimaeram multiforem et Hydram felicibus vulneribus renascentem et Centauros equos suis hominibus inplexos, et quicquid famae licet fingere, illis erat libenter audire. (4) Quid illas aniles fabulas, de hominibus aves et feras et de hominibus arbores atque flores? Quae si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt. (5) Similiter erraverunt erga deos quoque maiores nostri: improvidi, creduli

1 Plato Tim. 29 A; 30 B; 68 E; Cic. Tim. 6 8 Cic. de n. d. I 42 15 Cic. de leg. II 43; Tusc. I 65 17 Ovid. Fast. IV 203 20 Cic. de n. d. I 108; II 5 22 Verg. Georg. IV 482 s. 25 Cic. de div. II 97; cf. 49; 61 27 Cic. Lael. 100

1 ipso suo] *P* corr. ex ipsuo 4 inveneris *P* corr. ex inveniris 8 opiones filosoforum 11 filosofos (*bis*) 10–12 xpianos (*bis*) 16 filosoforum 19 mera] Bae, Vah, *Opusc.* II 112; mira *P* (*ex dittogr.*) 20 chimeram 24 feras] Li; feras homines *P* 26 non possunt] *P* (*non s. l. sed 1 m*) erraverunt] Vah, l. c.; ac vero *P* 27 credulis *P* ante rasuram

26 heroes sic deos quoque maiores nostri improvidi, creduli suorum rudi simpliciter cred.
Walter Philol. Wv. 1925, 352

rudi simplicitate) crediderunt. Dum reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant adsumpta solacia. (6) Denique et antequam commerciis orbis pateret et antequam gentes ritus suos moresque miscerent, unaquaeque natio conditorem suum aut ducem inclytum aut reginam pudicam sexu suo fortiolem aut alicuius muneris vel artis repertorem venerabatur ut civem bonae memoriae : sic et defunctis praemium et futuris dabatur exemplum. 5 10

XXI. Lege historicorum scripta vel scripta sapientium : eadem mecum recognosces. 3. u.

Ob merita virtutis aut muneris deos habitos Evhemerus exsequitur, et eorum natales, patrias, sepulcra dinumerat et per provincias monstrat, Dictaei Iovis et Apollinis Delphici et Phariae Isidis et Cereris Eleusinae. (2) Prodicus adsumptos in deos loquitur, qui errando inventis novis frugibus utilitati hominum profuerunt. In eadem sententiam et Persaeus philosophatur et adnectit inventas fruges et frugum ipsarum repertoies isdem nominibus, ut comicus sermo est « Venerem sine Libero et Cerere frigere ». (3) Alexander ille Magna Macedo in- 15 20

7 Cic. de n. d. III 50 14 Athenag. suppl. 26 (34, 27 ss. Schw.) Cic. de n. d. I 119; II 62; Theoph. ad Autol. II 2
18 Cic. de n. d. I 118 19 Ibid. II 62; III 53 20 Ibid. I 38
22 Terent. Eun. 733 ap. Cic. de n. d. II 60; cf. 41; 62
23 Athenag. suppl. 28 in.; Cohort. ad gent. 9 (p. 400); cf. W. Kroll, *Rhein. Mus.*, N. F., vol. LX, p. 310

1 Cyprian. idol. 1 12 Lactant. d. i. V 4, 6 14 Tert. apol. 10, 3 ss.; ad nat. II 14 (125, 3 ss.) 15 Tert. apol. 10, 4; 40, 6
19 Tert. ad nat. II 16 (128, 17 ss.); apol. 11, 6—8; 10 23 Cyprian. idol. 3; Augustin. de civ. dei VIII 5 et 27 (cf. XII 11); de cons. ev. I 23

12 historicorum] Dan et Ur; stoicorum P 14 Evhemerns] Ge; erueret P 16 dicta ei iouis P (ei corr. in et) 17 delfices fariae (corr. m 2 delfi et pariae) prodigus 19 profueit P 20 perseus filosofatur et adnectit] et //ud nectit P 23 magnus macedo

signi volumine ad matrem suam scripsit, metu suae potestatis proditum sibi de diis hominibus a sacerdote secretum : illic Vulcanum facit omnium principem, et postea

PXXII 8 Iovis gentem.] (4) Saturnum enim, principem huius generis et examinis, omnes scriptores vetustatis Graeci Romaeque hominem tradiderunt. Scit hoc Nepos et Cassius in historia, et Thallus ac Diodorus hoc loquuntur. (5) Is itaque Saturnus Creta profugus Italiam metu filii saevientis accesserat, et Iani susceptus hospitio rudes illos
10 homines et agrestes multa docuit ut Graeculus et politus, litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficere. (6) Itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocari maluit Latium, et urbem Saturniam indito de suo nomine et Ianiculum Ianus ad memoriam uterque posteritatis
15 reliquerunt. (7) Homo igitur utique qui fugit, homo utique qui latuit, et pater hominis et natus ex homine: Terrae enim vel Caeli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus, proditus, ut in hodiernum inopinato visos caelo missos, ignobiles et ignotos terrae filios nominamus.
20 (8) Eius filius Iuppiter Cretae excluso parente regnavit,

3 Cic. de n. d. III 55 7 Cohort. ad gent. 9 (p. 400); Theophil. ad Autol. 3, 29 8 ss. cf. libellus de origine gentis Rom. I 2—3; II 4; III 1—6 12 Verg. Aen. VIII 321 s.; cf. Ovid. Fast. II 238 13 Verg. Aen. VIII 356; Ovid. Fast. VI 31
16 Athenag. suppl. 23. 17 Otto, *Sprichw.* p. 62 et 344 20 *Octav.* 23, 3; Cic. de n. d. III 45; 53; Tatian. orat. ad Graec. 27; Athenag. suppl. 30; Theophil. ad Autol. I 10; II 3

5 Tert. apol. 10, 11 6 Tert. ad nat. II 12 (p. 119, 8); apol. 10, 7; Lactant. d. i. I 13, 8 8. 14 Tert. ad nat. II 12 (p. 117—120); apol. 10, 7—10 11 Macrob. sat. I 7, 22; Isid. orig. XVI 18, 4 12 Arnob. adv. nat. IV 24 (160, 23) 16 Tert. ad nat. II 12 (p. 117, 1 ss.); apol. 10, 9; Lactant. d. i. I 11, 55
20 Cyprian. idol. 2; Lactant. d. i. I 11, 46; Origen. contra Cels. III 43

3 illic] Ri; illi P 4 gentem] *Sequitur in codice P et despiciis isidis (c. 22, 10) ... sed requirentibus (c. 24, 8). Verum ordinem restituisse mihi videor (v. Le Musée Belge X, 1906, p. 83—100, et Studia mea Minuciana, p. 19—36), Lindnerum partim secutus (cf. Excursus III in eius editione); cf. Havet p. 197 5 greci 9 iani 13 indito] Do; idem Us; deinde Bur; dedit P (delevit Ge) 20 craete*

Illic illic, ut patet et apud aut. 4, 17 def. 10. 11. 12. 13.

illic obiit, illic filios habuit : adhuc antrum Iovis visitur et sepulcrum eius ostenditur, et ipsis sacris suis humanitatis arguitur.

(9) Otiosum est ire per singulos et totam seriem generis ^{PXXIII} istius explicare, cum in primis parentibus probata mortalitas in ceteros ipso ordine successionis influxerit. Nisi forte post mortem deos fingitis, et perierante Procuro deus Romulus, et Iuba Mauris volentibus deus est, et divi/ceteri reges, qui consecrantur non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritae potestatis. (10) Invitis his denique hoc nomen adscribitur : optant in homine perseverare, fieri se deos metuunt, etsi iam senes nolunt. = *providis*

(11) Ergo nec de mortuis dii, quoniam deus mori non potest, nec de natis, quoniam moritur omne quod nascitur : divinum autem id est, quod nec ortum habet nec occasum. Cur enim, si nati sunt, non hodièquè nascuntur? Nisi forte iam Iuppiter senuit et partus in Iunone defecit et Minerva canuit antequam peperit. An ideo cessavit ista generatio, quoniam nulla huiusmodi fabulis praebetur adsensio? ??

(12) Ceterum si dii creare possent, interire non possent, plures totis hominibus deos haberemus, ut iam eos nec caelum contineret nec aër caperet nec terra gestaret.

4 Athenag. suppl. 14 7 Liv. I 16; Cic. de rep. II 20
8 Tacit. ann. IV 5; Justin. apol. I 21, 3 9 Cic. pro Mil. 80
12 Suet. Vesp. 23 ex. 17 Senec. fr. 119, apud Lactant. d. i. I 16, 10; Iuven. sat. VI 59; Tatian. Oratio ad Graec. 21 (p. 23, 31 Schw.); Theophil. ad Autol. II 3 20 Athenag. suppl. 23 (p. 30, 19 s.) 21 Lucan. Phars. VII 458; Plin. N. H. II 7 (5) 16; Theophil. ad Autol. II 3; Oracula Sibyll. fr. 2 et 3 ed. Geffcken

2 Tert. apol. 25, 7 4 Tert. ad nat. II 1—18; apol. 10, 5
7 Tert. ad nat. II 13—14; apol. 11, 1 Tert. apol. 21, 23
8 Ibid. 24, 7; Cyprian. idol. 2; Lactant. d. i. I 15, 6 12 Tert. ad nat. 1, 17 (p. 89, 20); apol. 33, 3; 34, 4 16 Cyprian. idol. 3
21 Lactant. d. i. I 16, 10 s.; Euseb. Constantini orat. ad sanct. coet. 4

8 iuua 14 potest] Wow (*recte, opinor, numeri causa*); posset *P* 19 quoniam *P*; quoniam iam Dam 21 possent] Ge; possint *P* 23 aër] *r*; aera *P*

Unde manifestum est homines illos fuisse, quos et natos legimus et mortuos scimus.

H.XXIII⁹ XXII. Quis ergo dubitat horum imagines consecratas vulgus orare et publice colere, dum opinio et mens imperitorum artis concinnitate decipitur, auri fulgore praestringitur, argenti nitore et candore eboris hebetatur? (2) Quodsi in animum quis inducat, tormentis quibus et quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet timere se materiem ab artifice, ut deum faceret, inlusam. (3) Deus enim ligneus, rogi fortasse vel infelicis stipitis portio, suspenditur, caeditur, dolatur, runcinatur; (4) et deus aereus vel argenteus de immundo vasculo, ut saepius factum Aegypto regi, conflatur, tunditur malleis et incudibus figuratur; et lapideus deus caeditur, scalpitur et ab impurato homine levigatur, nec sentit suae nativitat^{is} iniuriam, ita ut nec postea de vestra veneratione culturam.

(5) Nisi forte nondum deus saxum est vel lignum vel argentum. Quando igitur hic nascitur? Ecce funditur, fabricatur, sculpsitur : nondum deus est; ecce plumbatur, construitur, erigitur : nec adhuc deus est; ecce orna-

5 Cic. de n. d. I 77 Senec. epist. 48, 11 8 Ierem. 10; Iesai. 44, 12 s.; Baruch VI 19; 29; 38; 45; 54; Actus Apost. 19, 26; Cic. de div. II 86; Acad. prior. II 101; Plutarch. de superst. p. 167^d; de Iside et Osir. p. 382 c; Lucian. Gallus 24; Juven. sat. XIII 114; Aristides 13, 2; Iustin. apol. I 9, 2—5; epist. ad Diogn. 2; Athenag. suppl. 26; Theophil. ad Autol. I 10; II 2 12 Philo de vita cont. p. 610; Iustin. apol. I 9, 2; Athenag. suppl. 26; ad Diognet. 2; Augustin. de civ. Dei VI 10 (p. 267, 13 Domb.) Iustin. l. c.: πολλάκις 13 Herodot. II 172; Iustin. l. c.; Athenag. l. c.; cf. Clem. Roman. Homil. X 8 15 Senec. fr. 120 ap. Lactant. d. i. II 2, 14; Iustin. apol. I 9, 4 8 Tert. ad nat. I 12 (82, 8 ss.); apol. 12, 2—6; de idolol. 3 (32, 23 ss.); 4 (33, 21); 8 (37, 10 ss.); Arnob. adv. nat. VI 14 (p. 226, 12) et I 39 9 Tert. apol. 12, 2; Arnob. adv. nat. I 39 15 Lactant. d. i. II 2, 14; VI 25, 3; Origen. contra Cels. I 5 (p. 58, 24) 16 Tert. apol. 12, 6

8 ///erubescet 9 materiẽ (ẽ in rasura) 10 lingeus 12 ereus ut saepius P; saepius, ut JGr 13 egyptio 14 deus] add. Vah

— u — 1 — ~ (= ad iudicium)
 tur, consecratur, oratur : tunc postremo deus est, cum homo illum voluit et dedicavit.

cf. p. 11 (6) Quanto verius de diis vestris animalia muta naturaliter iudicant! Mures, hirundines, milvi non sentire eos sciunt : rodunt, inculcant, insident, ac nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant; araneae vero faciem eius intexunt et de ipso capite sua fila suspendunt. (7) Vos tergetis, mundatis, eraditis et illos, quos facitis protegitis, et timetis, dum unusquisque vestrum non cogitat prius se debere deum nosse quam colere, dum inconsulte gestiunt parentibus oboedire, dum fieri malunt alieni erroris accessio quam sibi credere, dum nihil ex his quae timent norunt. Sic in auro et argento avaritia consecrata est, sic statuarum inanium consignata forma, sic nata Romana superstitio. *cf. p. 40, 17.*

(8) Quorum ritus si percenseas, ridenda quam multa, *quam multa* etiam miseranda sunt! Nudi cruda hieme discurrunt, alii incedunt pilleati, scuta vetera circumferunt, pelles caedunt, mendicantes *vicatim* deos ducunt: quaedam fana semel anno adire permittunt, quaedam in totum nefas visere : est quo viro non licet et nonnulla

1 Hor. sat. I 8, 1 s.; Martial. VIII 24, 50; Theophil. ad Autol. II 2; epist. ad Diogn. 2 4 Baruch VI 45; Horat. sat. I 8, 37; cf. Aristoph. ranae 366 8 Senec. Octav. 449; Theophil. ad Autol. II 2 13 Cic. de leg. II 23; cf. Senec. epist. 95, 72; de prov. V 2 15 Octav. 10, 3 17 Liv. I 5; Verg. Aen. VIII 663; Ovid. Fast. II 280 (Heckenbach, *De nuditate sacra*, p. 17 s.) 18 Liv. I 20, 1 19 Octav. 27, 3; Lucret. II 618—628; Ovid. Fast. IV 213; 352; ex Ponto I 1, 39 s.; Cic. de leg. II 22; Iuven. sat. III 15 s.; Apul. met. VIII 27 s. 20 Pausanias Arcad. 31; Boeot. 25 21 Cic. de harusp. resp. 37

2 Tert. apol. 13, 3 4 Clem. Alex. Protrept. IV 52 (p. 40, 25—27); Tert. apol. 12, 7; Arnob. adv. nat. VI 16 (p. 228, l. 22 ss.); Lactant. d. i. II 4, 2 9 Tert. apol. 13, 1 16 Tert. ad nat. II 10 (p. 78, 14); apol. 14, 1—4 19 Tert. apol. 13, 6; 46, 8 21 Lactant. d. i. I 17, 11

cf. p. 44, 1.
 3 quanto verius] Ur; quanta vero P; quanta vero <sollertia>
 No 5 rodunt] Wow; norunt P 11 mallunt 17 quam multa]
 add. Heu 19 vicatim] Ge; vicantes P

absque feminis sacra sunt, etiam servo quibusdam caerimoniis interesse piaculare flagitium est : alia sacra coronat univira, alia multivira, et magna religione conquiritur quae plura possit adulteria numerare. (9) Quid? qui sanguine suo libat et vulneribus suis supplicat, non profanus melius esset quam sic religiosus? aut cui testa sunt obscena demessa, quo modo deum violat qui hoc modo placat, cum si eunuchos deus vellet, posset procreare, non facere?

10 (10) Quis non intellegat male sanos et vanae et perditae mentis in ista desipere et ipsam errantium turbam mutua sibi patrocina praestare? Hic defensio communis furoris est furentium multitudo.

† et despicias Isidis ad hirundinem sistrum et adsparsis
15 membris inanem tui Serapidis sive Osiris tumulum.

P XXI 6
H. XXIII

XXIII. Considera denique sacra ipsa et ipsa mysteria :

1 Ovid. Fast. VI 481; 551; Gell. XI 6; Macrob. sat. I 12; schol. Iuven. VI 447 5 Octav. 23, 4; 30, 5; Tibull. I 6, 45; Lucan. Phars. I 565; Senec. de superst. fr. 34H ap. August. de civ. dei VI 10; epist. 123, 16; Athenag. suppl. 26 6 Plin. N. H. XXXV 12, 165; Iuven. sat. VI 511; Tatian. oratio ad Graec. 8 (p. 8, 23 Schw.) 7 Senec. epist. 123, 16; de clem. II 5, 1 11 Senec. de ira X 4

5 Tert. apol. 23, 3; Lactant. d. i. I 21, 16 14 Tert. de corona 7 (Oehler p. 433, 6): prima Isis repertas spicas capite circumtulit

1 cerimoniais 6 testa] Ge (cf. Plin., *Hist. nat.*, 35, 165: Samia testa Matris deum sacerdotes qui Galli vocantur virilitatem amputare cet.); exta P 14. 15 et despicias — tumulum] *verba partim corrupta glossema esse videntur; quae Vah (apud Hal, p. 31, v. 7) post Romana sacra sunt (23, 1) transponenda et sic corrigenda censebat: At desipias Isidis ad hirundinem etc. h. e., et licet tibi iam desipere (cf. 22, 10) ad Isidis hirundinem, sistrum, sive ad ea quae ad Isidis cultum pertinent (Hal). Wi (Philologus, 1904, 316) ea verba propter rhythmicam structuram Minuciana esse censet et sic legenda: Et despicias Isidis ad hirundinem sistrum (creticus cum trochaeo) et adsparsis membrum inanem tui Serapidis sive Osiridis tumulum (idem, trochaei soluta longa prima). Quem secutus Au (De clausulis Minucianis, p. 14) legit: despice (cf. c. 17, 5) eaque verba post miserorum deorum (23, 1) poni vult*

invenies exitus tristes, fata et funera et luctus atque planctus miserorum deorum. Isis perditum filium cum Cynocephalo suo et calvis sacerdotibus luget, plangit, inquit, et Isiaci miseri caedunt pectora et dolorem infelicissimae matris imitantur; mox invento parvulo gaudet Isis, exultant sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur, nec desinunt annis omnibus vel perdere quod inveniunt vel invenire quod perdunt. Nonne ridiculum est vel lugere quod colas vel colere quod lugeas? Haec tamen Aegyptia quondam, nunc et sacra Romana sunt.

(2) Ceres facibus accensis et serpente circumdata, errore subreptam et corruptam Liberam anxia sollicita vestigat: haec sunt Eleusinia. (3) Et quae Iovis sacra sunt? Nutrix capella est, et avido patri subtrahitur infans, ne voretur, et Corybantum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus eliditur. (4) Cybelae Dindyma pudet dicere, quae adulterum suum infeliciter placitum, quoniam et ipsa deformis et vetula, ut multorum deorum mater, ad stuprum inlicere non poterat, exsecuit ut deum scilicet faceret eunuchum. Propter hanc fabulam Galli eam et semiviri sui corporis supplicio colunt. Haec iam non sunt sacra, tormenta sunt.

1 Cic. de n. d. I 42; III 62 2 Senec. de superst. fr. 35 H ap. August. de civ. dei VI 10; Iuven. VI 533 s.; VIII 29; Athenag. suppl. 14 (p. 15, 17 ss.); Theophil. ad Autol. I 9; Firmic. Mat. de err. prof. rel. I 9 9 Plutarch. de superst. 13 11 Ovid. Fast. IV 393—620 (cf. 494 s.); Florus Verg. orator an poeta (Halm, p. 107, 25); schol. Bern. ad Verg. Georg. I 10 (Hagen, p. 846) 13 Octav. 21, 8; Verg. Georg. IV 64; Ovid. Fast. IV 207 ss.; Theophil. ad Autol. 9 16 Ovid. Fast. IV 260—332; Theophil. ad Autol. I 9; III 8; Apul. met. VIII 27 17 Senec. nat. quaest. IV pr. 15 19 Tatian. orat. ad Graec. 8 (p. 8, 13 s. Schw.)

2 Lactant. I 21, 20 s. 22 Tert. apol. 12, 5

3 cynocephalo 10 egyptia 12 liberam 16 tinnitus] Ge; initus P cybele 18 et ipsa] P (numeri causa: 20 = | 20 = | 000; cf. 23, 1: et sacra; 25, 6: et tropaea; 28, 6: et negotium; 34, 4: et esse; 40, 4: et quod); ipsa et Heu 20 faceret eunuchum] Hal, No; faceret /// eunuchum P (et erasum, dittoogr.) 21 et semiviri P (et = etiam; cf. et ipsa, supra, l. 18)

(5) Quid? formae ipsae et habitus nonne arguunt ludibria et dedecora deorum vestrorum? Vulcanus claudus deus et debilis, Apollo tot aetatibus levis, Aesculapius bene barbatus, etsi semper adolescentis Apollinis filius, Neptunus glaucis oculis, Minerva caesiis, bubulis Iuno, pedibus Mercurius alatis, Pan ungulatis, Saturnus compeditis. Ianus vero frontes duas gestat, quasi et aversus incedat; Diana interim est alte succincta venatrix, et Ephesia mammis multis et uberibus extracta, et Trivia trinis capitibus et multis manibus horrida. (6) Quid? ipse Iuppiter vester modo inerbis statuitur, modo barbatus locatur; et cum Hammon dicitur, habet cornua, et cum Capitolinus, tunc gerit fulmina, et cum Latiaris, cruore perfunditur, et cum Feretrius corona induitur. Et ne longius multos Ioves obeam, tot sunt Iovis monstra quot nomina. (7) Erigone suspensa de laqueo est, ut Virgo inter astra ignita sit, Castores alternis moriuntur ut vivant, Aesculapius ut in deum surgat fulminatur,

1 Cic. de n. d. I 48; 83; II 70; III 53—59; 83 2 Ibid. I 83; Lucian. de sacrif. 6; Heraclit. alleg. 26; Theophil. ad Autol. III 3 8 Ibid. III 58; Ovid. met. III 156; X 535 9 Verg. Aen. IV 511 11 Cic. de n. d. III 42; 53 (cf. 83: Iovem semper barbatum esse); Lucan. Phars. IX 412 15 Theoph. ad Autol. I 10 16 Ovid. met. VI 125 17 Hom. Od. XI 303 s.; Pindar. Nem. X 55 (102); Cic. de n. d. III 53, Athenag. suppl. 29 18 Hesiod. fr. 109; Pindar. Pyth. III 54 ss.; Cic. de n. d. III 57; Ovid. Fast. VI 759—762; Aristides X 5 (Geffcken p. 69); Athenag. suppl. 29 (p. 39, 6 ss.)

1 Tert. ad nat. I 10 (p. 77, 15—17; apol. 13, 7; Clem. Alex. Protrept. II 28—30; Arnob. adv. nat. IV 14 s. 2 Clem. Alex. Protrept. VII 76; Arnob. adv. nat. IV 24 7 Cyprian. idol. 2 11 Clem. Alex. Protrept. II 28, 1 15 Tert. apol. 14, 7 16 Cyprian. idol. 2 18 Tert. ad nat. II 14 (126, 17); apol. 14, 5; Clem. Alex. Protr. II 30; Origen. contra Cels. III 22 (p. 219, 7); Arnob. adv. nat. I 41 (p. 27, 19); IV 24 (p. 161, 4)

2 dedecora] Ge; decora P 9 uberibus] Ur; ueribus P tribia 11 inbarbis corr. ex inbaruis 14 corona induitur] Bae (cf. CIL., VIII 6981: *Iovis Victor . . . in Capitolio habens in capite coronam querqueam*); non auditur P 16 quot] Hal; quod P (cf. 25, 6) 17 ignata P

Hercules ut hominem exuat Oetaeis ignibus concrematur.

XXIV. Has fabulas et errores et ab inperitis parentibus discimus, et quod est gravius, ipsis studiis et disciplinis elaboramus, carminibus praecipue poetarum, qui plurimum quantum veritati ipsi sua auctoritate nocuerunt. (2) Et Plato ideo praeclare Homerum illum inclytum laudatum et coronatum de civitate, quam in sermone instituebat, eiecit. (3) Hic enim praecipuus bello Troico deos vestros, etsi ludos facit, tamen in hominum rebus et actibus miscuit, hic eorum paria composuit, sauciavit Venerem, Martem vinxit, vulneravit, fugavit. (4) Iovem narrat Briareo liberatum, ne a diis ceteris ligaretur, et Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus flere, et loro Veneris inlectum flagrantius, quam in adulteras soleat, cum Iunone uxore con-

PXXII,1
H XXIII,1

5 m...
m...
cf. m...
g...
...

10
g...
...

dot. cl.
1141,25

15

1 Cic. de n. d. III 41; cf. 39; 45; Aristides X 9; Iustin. apol. I 21, 2; oratio ad Graec. 3; Tatian. contra Graec. 3; Athenag. suppl. 29; Theophil. ad Autol. I 9. Cf. Geffcken, *Zwei gr. Apol.* 225—226 3 cf. Tacit. dial. 29 4 Senec. epist. 4, 2 5 *Octav.* 11, 9; Cic. de n. d. I 42; 77; Tusc. II 27; III 3 7 Plato, *Politeia* III 9, p. 398 A; Cic. Tusc. II 27; de rep. IV 5, 5 (ap. Nonium 308); Iustin. apol. II 9 9 Athenag. suppl. 21; Theoph. ad Autol. I 9; cf. Aristides VIII—XI Geffcken; vide quae hic conguessit, p. 203—205 11 Hom. Il. XX 67 s. (cf. V 66 ss.; 335 ss.); Cic. de n. d. II 70 ss. 12 Hom. Il. V 330; 376; Athenag. suppl. 21; Theoph. ad Autol. I 9 Hom. Il. V 385 s.; 855; Athenag. l. c.; Theophil. ad Autol. l. c. 13 Hom. Il. I 396; cohort. ad gent. 2 14 Hom. Il. XVI 459; 522; Cic. de div. II 25; Athenag. suppl. 21; cohort. ad gent. 2 15 Hom. Il. XIV 312 ss.; Athenag. suppl. 21

1 Tert. ad nat. II 14 (p. 136, 2 ss.); Arn. adv. nat. I 36 (p. 23, 16); 41 (p. 27, 18) 7 Tert. ad nat. II 7 (107, 14); August. de c. d. II 14 9 Tert. ad nat. I 10 (p. 79, 2—11); apol. 14, 2—3; Firm. Mat. de errore prof. rel. 12, 8 10 Tert. apol. 14, 2 11 Tert. ad nat. 11, 7 (p. 107, 22); apol. 14, 2 14 Tert. apol. 14, 2

1 Oetaeis] Rig; henneis *P* (cf. 35, 3) 12 Martem] *r*; matrem *P* 15 flere] *Wi* (ut concumbere, numeri causa); flevit *P* loro] *Her*; thoro *P*

x) in c. aut. per hoc, ut...
inferiore latinitate, per...
...
...

cumbere. (5) Alibi Hercules stercora egerit et Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti vero muros Neptunus instituit, nec mercedem operis infelix structor accepit.

(6) Illic Iovis fulmen cum Aeneae armis in incude fabricatur, cum caelum et fulmina et fulgura longe ante fuerint, quam Iuppiter in Creta nasceretur, et flammam veri

fulminis nec Cyclops potuerit imitari nec ipse Iuppiter non vereri. (7) Quid loquar Martis et Veneris adulterium

deprehensum et in Ganymeden Iovis stuprum caelo consecretum? Quae omnia in hoc prodita, ut vitiis hominum quaedam auctoritas pararetur.

(8) His atque huiusmodi figmentis et mendaciis dulcioribus corrumpuntur ingenia puerorum et isdem fabulis inhaerentibus adusque summae aetatis robur adolescentunt et in isdem opinionibus miseri consenescent, cum sit veritas obvia, sed requirentibus.

XXV. At tamen ista ipsa superstitio Romanis dedit, auxit, fundavit imperium, cum non tam virtute quam religione et pietate pollerent. Nimirum insignis et nobilis

1 Theophil. ad Autol. I 9; Ovid. met. 9, 187 Hom. Il. II 765; Euripid. Alcest. 8; Athenag. suppl. 21 2 Hom. Il. XXI 443 s.; Ovid. met. XI 205 s.; Tatian. orat. ad Gr. 21 4 Cic. de div. II 43 Verg. Aen. VIII 423 ss.; 451 8 Hom. Od. VIII 266—369; Ovid. met. IV 171; Athenag. suppl. 21 (Hom. Od. VIII 308) 9 Hom. Od. 231 ss.; Ovid. met. X 155 ss.; Cic. Tusc. I 65; Aristides apol. 9, 7; Iustin. apol. I 25, 2; cohort. ad gent. 2; Theophil. ad Autol. I 19 10. 11 Ovid. amor. II 8, 14; Senec. de brev. vitae 16, 5; de vita beata 26, 6; Aristides VIII 4; IX 8; 9; XI 7; XIII 8 (Geffcken, p. 62); Iustin. apol. II 12; cohort. ad gentiles 2; Tatian. contra Graec. 8; Theoph. ad Autol. III 8 ex. 13 Cic. Tusc. II 27 18 Octav. 6, 2; Cic. de harusp. resp. 9, 18 s.; de n. d. II 8 III 5 ex.; Val. Max. I 1, 8

1. 2 Tert. apol. 14, 4; Cyprian. idol. 2; Arnob. adv. nat. IV 25 5 Tert. apol. 6 9 Firm. Mat. de err. prof. rel. 12, 2; Tert. ad nat. II 0 (114, 12) 10. 11 Tert. ad nat. II 13 (p. 124, 9 ss.); Firm. Mat. de err. prof. rel. 12, 2; Lactant. d. i. V 10, 15 ss.; August. de civ. dei III 5 18 Tert. ad nat. II 17 (p. 130 ss.); apol. 25, 2—17

7 cyclops 9 depraehensum ganymeden 10 ut ui///tiis
12 his] r; hiis P 18 auxit] r; ausit P

iustitia Romana ab ipsis imperii nascentis incunabulis
 auspicata est! (2) Nonne in ortu suo et scelere collecti et
muniti immanitatis suae terrore creverunt? Nam asylo
 prima plebs congregata est : confluerant perdit, faci-
 nerosi, incesti, sicarii, proditores, et ut ipse Romulus im-
 perator et rector populum suum facinore praecelleret,
 parricidium fecit. Haec prima sunt auspicia religiosae
 civitatis! (3) Mox alienas virgines iam desponsatas, iam
destinatas et nonnullas de matrimonio mulierculas sine
 more rapuit, violavit, inlusit, et cum earum parentibus,
 id est cum soceris suis bellum miscuit, propinquum san-
 guinem fudit. Quid inreligiosius, quid audacius, quid
 ipsa sceleris confidentia tutius? (4) Iam finitimos agro
 pellere, civitates proximas evertere cum templis et alta-
 ribus, captos cogere, damnis alienis et suis sceleribus ad-
 olescere cum Romulo regibus ceteris et posteris ducibus
 disciplina communis est.

(5) Ita quicquid Romani tenent, colunt, possident,
 audaciae praeda est : templa omnia de manubiis, id est
 de ruinis urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacer-
 dotum.

(6) Hoc insultare et inludere est victis religionibus
 servire, captivas eas post victorias adorare. Nam ad-
 orare quae manu ceperis, sacrilegium est consecrare, non
 numina. Totiens ergo Romanis inpiatum est quotiens
 triumphatum, tot de diis spolia quot de gentibus et tro-
 paea. (7) Igitur Romani non ideo tanti, quod religiosi,
 sed quod inpune sacrilegi : neque enim potuerunt in ip-
 sis bellis deos adiutores habere, adversus quos arma ra-

9 Verg. Aen. VIII 635 11 Ibid. X 23 13 Senec. Agam.
 115 (cf. Vahlen 1894, p. 12) 19 Florus I 1, 717

5 Tert. ad nat. II 9 (112, 24); Cyprian. idol. 5 9 Oros. hist.
 II 4, 2 19 Tert. apol. 25, 15 25 Ibid. 25, 15 27 Ibid. 25, 13
 29 Ibid. 25, 3

1 imperii P 8 uirginis 16 posteris] Dav; postremis P
 26 quot] r; quod P (cf. 23, 6) tropea P 1 m; tropaea P 2 m

puerunt. At, quos prostraverant, detriumphatos colere
 coeperunt: quid autem isti dii pro Romanis possunt,
 qui nihil pro suis adversus eorum arma valuerunt?

(8) Romanorum enim vernaculos deos novimus: Ro-
 5 mulus, Picus, Tiberinus et Consus et Pilumnus ac Vo-
 lumnus dii; Cloacinam Tatius et invenit et coluit, Pa-
 vorem Hostilius atque Pallorem; mox a nescio quo Fe-
 bris dedicata: haec alumna urbis istius superstitio, mor-
 bi et malae valetudines! Sane et Acca Larentia et Flora,
 10 meretrices propudiosae, inter morbos Romanorum et
 deos computandae.

(9) Isti scilicet adversus ceteros, qui in gentibus cole-
 bantur, Romanorum imperium protulerunt: neque enim
 eos adversum suos homines vel Mars Thracius vel Iup-
 piter Creticus vel Iuno nunc Argiva, nunc Samia, nunc
 15 Poena, vel Diana Taurica vel Mater Idaea vel Aegyptia
 illa non numina, sed portenta iuverunt.

(10) Nisi forte apud istos maior castitas virginum aut
 religio sanctior sacerdotum, cum paene in pluribus vir-
 ginibus, ut quae inconsultius se viris miscuissent, Vesta
 20 sanè nesciente, sit incestum vindicatum, in residuis in-
 punitatem fecerit non castitas tutior, sed inpudicitia

4 Senec. de superst. fr. 33H ap. August. de civ. dei VI 30;
 cf. IV 33 (Burger, p. 21) 5 Verg. Aen. VII 48 s.; Ovid. met.
 XIV 320 ss. Verg. Aen. VIII 31 Liv. I 9 6 Ibid. I 10;
 Plin. N. H. XV 29, 119 Liv. I 27, 7 7 Cic. de n. d. III 63;
 Plin. N. H. II 7 (5), 15 9 Liv. I 4, 7 Ovid. Fast. V 195 ss.;
 Gell. IX 20 14 Verg. Aen. VII 331 s. Cic. de n. d. III 53
 15 Ibid. I 82; Verg. Aen. I 15 ss. 16 Octav. 6, 1; Ovid. Trist.
 IV 4, 63 Octav. 7, 3; Ovid. Fast. IV 179 ss. Octav. 28, 8
 17 Cic. de n. d. I 43; de rep. III 14; Iuven. sat. XV 1; Senec.
 fr. 31H ap. August. de civ. dei VI (Burger, p. 23) 20 Verg.
 Aen. I 440

5 Tert. apol. 25, 3; adv. Marc. I 18 (p. 313, 27 s.) 9 Tert.
 ad nat. II 10 (p. 113, 10); apol. 13, 8 Lactant. d. i. I 20, 6

1 At quos] et quos P (cf. 29, 4: et = at) prostraverant] Do;
 postulauerant P 5 teverinus polumnus 9 Larentia] Ur;
 laurentia P 16 vel Diana] Ge; nunc diana P tauriga idea
 17 sed et portenta P, sed et erasum 20 ut quae] Ur; et quae P

felicior. (11) Ubi autem magis quam a sacerdotibus inter aras et delubra conducuntur supra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? Frequentius denique in aedituorum cellulis quam in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur.

(12) Et tamen ante eos deo dispensante diu regnauerunt Assyrii, Medi, Persae, Graeci etiam et Aegyptii, cum Pontifices et Arvales et Salios et Vestales et Augures non haberent nec pullos cavea reclusos, quorum cibo vel fastidio res publica summa regeretur.

XXVI. Iam enim venio ad illa ^{cap. 7} auspicia et auguria Romana, quae summo labore collecta testatus es et paenitenter omissa et observata feliciter. (2) Clodius scilicet et Flaminius et Iunius ideo exercitus perdiderunt, quod pullorum solistimum tripudium exspectandum non putaverunt. (3) Quid? Regulus nonne auguria servavit et captus est? Mancinus religionem tenuit, et sub iugum missus est et deditus. Pullos edaces habuit et Paulus, apud Cannas tamen cum maiore reipublicae parte prostratus est. (4) Gaius Caesar, ne ante brumam in Africam navigia transmitteret, auguriis et auspiciis renitentibus, spreuit : eo facilius et navigavit et vicit.

1 Octav. 6, 3; Propert. II 19, 10; Ovid ars amat. I 77; III 365; Petron. sat. 21; Suet. Tib. 44; Martial. I 68; Iuven. sat. VI 489; IX 24 6 Oracula Sibyll. III 158 ss.; IV 49 ss.; V 433 ss.; VIII 6 ss.; XI 204 ss. 9 Cic. de div. II 72 11 Octav. 7, 1 s. 13 Octav. 7, 1 16 Cic. de n. d. III 80; Hor. Od. III 5; Val. Max. I 1, 14 17 Ibid. I 6, 7; Vell. Pat. II 90, 3; Florus II 18 18 Cic. de div. II 71 20 Ibid. II 52

1 Tert. apol. 15, 7; de pudic. 5 (p 227, 8 ss.) 6 Tert. ad nat. II 17 (p. 133, 8 ss.); apol. 26, 1; Cyprian. idol. 5; Lactant. d. i. VII 15, 13

1 magis quam a sacerdotibus] Heu; magis a sacerdotibus quam P (verba a sacerdotibus delevit Sau) int erras P corr. in inter aras (a supra scr.) 10 cibo P corr. ex ciuo 12 testatus es] Ge (cf. c. 7, 4); testatus est P penitenter 15 solistimum] Ge; sollemnissimum P 16 arguria 22 spreuit

cf. 11 3573

(5) Quae vero et quanta de oraculis prosequar? Post mortem Amphiaraus ventura respondit, qui proditum iri se ob monile ab uxore nescivit. Tiresias caecus futura videbat, qui praesentia non videbat. (6) De Pyrrho Ennius Apollinis Pythi responsa confinxit, cum iam Apollo versus facere desisset : cuius tunc cautum illud et ambiguum defecit oraculum, cum et politiores homines et minus creduli esse coeperunt. Et Demosthenes, quod sciret responsa simulata, φιλιππίξειν Pythiam querebatur.

(7) At nonnumquam tamen veritatem vel auspicia vel oracula tetigerunt. Quamquam inter multa mendacia videri possit industriam casus imitatus, adgrediar tamen fontem ipsum erroris et pravitatis, unde omnis caligo ista manavit, et altius eruere et aperire manifestius.

(8) Spiritus sunt insinceri, vagi, a caelesti vigore terrenis labibus et cupiditatibus degravati. Isti igitur spiritus, posteaquam simplicitatem substantiae suae onusti et immersi vitiis perdidierunt, ad solacium calamitatis suae non desinunt perdit[iam] perdere et depravati errorem pravitatis infundere et alienati a deo inductis pravis religionibus a deo segregare. (9) Eos spiritus dae-

2 Cic. de n. d. II 7 3 Ibid. 4 Cic. de div. II 116; Ennius ann. 186 Vahlen 8 Cic. de div. II 118 11 Ibid. II 49
14 Cic. de fin. I 32; Verg. Georg. IV 285; Iustin. apol. I 5, 2
16 Ibid. I 5, 54; II 5 ss.; Tatian. orat. ad Gr. 7—8; 12—13; Athenag. suppl. 25 in.; 26—27 Verg. VI 730 ss.; 745 ss.; Cic. de n. d. II 30 s.; 39; 64; 117; Apul. de deo Socr. 9; Tatian. orat. ad Gr. 13; Athenag. suppl. 27

4 Tert. ad nat. II 17 (p. 132, 5); apol. 22, 10; August. de civ. dei III 17 14 Lactant. d. i. II 13, 13 16 Tert. apol. 22, 1; Cyprian. idol. 6; Clem. Alex. Protrept. 4, 55 (p. 43, 26); Cyprian. idol. 6 20 cf. Cyprian. epist. 52 (p. 616, 12)

2 proditum iri se *corr. ex* prodituis rise 3 nescivit. Tiresias] *r*; nesciuit *ire suas P* 4 phyrro 5 pyti confinxit
9 φιλιππίξειν Pythiam] *vulgo*; philippi zaeno phytiam *P*
10 quaerebatur 12 tetigerit 16 insingeri 17 lauibus *P pr. m*

monas esse poetae sciunt, philosophi disserunt, Socrates novit, qui ad nutum et arbitrium adsidentis sibi daem¹onis vel declinabat negotia vel petebat. (10) Magi quoque non tantum sciunt daem²onas, sed etiam quicquid miraculi ludunt, per daem³onas faciunt: illis adspirantibus et infudentibus praestigias edunt, vel quae non sunt videri, vel quae sunt non videri. (11) Eorum magorum et eloquio et negotio primus Hostanes et verum deum merita maiestate prosequitur et angelos, id est ministros et nuntios, dei sedem tueri eiusque venerationi novit adsistere, ut et nutu ipso et vultu domini territi contremescant. Idem etiam daem⁴onas prodidit terrenos, vagos, humanitatis inimicos. (12) Quid? Plato, qui invenire deum negotium credidit, nonne et angelos sine negotio narrat et daem⁵onas? et in Symposio etiam suam naturam daem⁶onum exprimere conatur? Vult enim esse substantiam inter mortalem inmortalemque, id est inter corpus et spiritum mediam, terreni ponderis et caelestis levitatis admixtione concretam, ex qua monet

1 Hesiod. oper. et d. 121 s. 2 Plato Phaedo p. 81 CD; 107 D; 108 B; 113 D; apol. 19, p. 31 D; Theag. 128 D; Xenoph. mem. I 1, 4; I 4, 15; IV 3, 12; Cic. de div. I 122; Apul. de deo Socr. 17; Justin. apol. I 5, 3; II 10, 5 2 Cic. pro Rosc. Am. 131
3 Tatian. orat. ad Gr. 16; Apul. de deo Socr. 6 5 Apul. l. c.
8 Ev. Luc. 14, 19 Plin. N. H. 30, 1, 8; Apul. de mag. 27; 90
9 Apul. de deo Socr. 6 13 Octav. 19, 14; Plat. Tim. 28 c
15 Plat. Symp. 195 E; 202 DE; 203 E; cf. Politeia 392 A; 427 B; Nomoi 717 AB; Apul. de deo Socr. 6 18 Apul. l. c.

1 Tert. apol. 22, 1 2 Tert. apol. 22, 1; de anima 1; Cyprian. idol. 6; Sulp. Sev. dial. III 8, 3; Maxim. Tyr. 14, 6 3 Tert. apol. 23, 1; Tatian. orat. ad Gr. 17; Arnob. adv. nat. I 52
6 Tert. apol. 9, 20 8 Ibid. 18, 5 9 Ibid. 22, 2 (cf. Plat. Symp. 202 DE); Lactant. d. i. II 14, 9

7 magnorum *P ante rasuram* 8 primus sosthenes *P em.*
Ge 10 sedem tueri] Ko et Har; sedet ueri *P*; quod idola 4, 2:
angelos veros sedi eius dicit adsistere (Hostanes) 13 inuenire
P 1 *m corr. ex inueniri* 19 laeuitatis monet etiam nos amo-
rem informari] Sau; monet etiam nos procupidinem amoris et
dicit informari *P* (cf. Plato, Symp. 202 E sqq.)

etiam nos amorem informari et inlabi pectoribus humanis
et sensum movere et adfectus fingere et ardorem cupi-
ditatis infundere. *Pectus. III 5, 4*

XXVII. Isti igitur impuri spiritus, daemones, ut os-
tensum magis ac philosophis, sub statuis et imaginibus
consecratis delitescunt et adflatu suo auctoritatem quasi
praesentis numinis consequuntur, dum inspirant interim
vatum, dum fanis inmorantur, dum nonnumquam ex-
torum fibras animant, avium volatus gubernant, sortes
regunt, oracula efficiunt, falsis pluribus involuta. (2)
Nam et falluntur et fallunt, ut et nescientes sinceram
veritatem et quam sciunt, in perditionem sui non con-
fitentes. Sic a caelo deorsum gravant et a deo vero ad
materias avocant, vitam turbant, somnos inquietant, in-
repentes etiam corporibus occulte, ut spiritus tenues,
morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent,
ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium vel hostiis
pecudum saginati, remissis quae constrinxerant, curasse
videantur. (3) Hinc sunt et furentes, quos in publicum
videtis excurrere, vates et ipsi absque templo, sic insa-
niunt, sic bacchantur, sic rotantur : par et in illis insti-

1 Athenag. suppl. 27 (p. 36, 8 s.) 6 Athenag. suppl. 23
Apul. de deo Socr. 6 9 Tibull. II 5, 13 10 Verg. Aen. VI
98—100; Cic. de n. d. I 12; cf. Senec. epist. 26, 5; 90, 29 11 cf.
Wendland Rhein. Mus. 1894 p. 309 s. 17 Octav. 38, 1; Ep. I
Pauli ad Cor. 10, 20; Iustin. apol. II 5, 4; Athenag. suppl. 27
18 Tatian. orat. ad Gr. 18 (p. 20, 16 Schw.) 21 Lucan. Phars.
V 169 ss.; Stat. Silv. IV 3, 120 ss.; Apul. met. VIII 27 s.

1 Lactant. d. i. II 14, 14 6 Tert. apol. 21, 31; Cyprian. idol.
7; Lactant. d. i. II 16, 10 10 Cyprian. idol. 7; Lactant. d. i.
II 16, 5 14 Tert. apol. 22, 4 Ibid. 23, 1 15 Ibid. 22, 5
17 Ibid. 22, 6—7 18 Ibid. 22, 11 20 Ibid. 23, 3 21 Ibid.

1 inlabi] Ge; labi P 5 magis ac philosophis] Do; magis a
philosophis et a Platone P 6 consecratis] Ba; consecrati P
7 inspirant] Heu; inspirantur P (Quod idola 4, 3: hi afflatu suo
vatum pectora inspirant) 14 somnos] Ur; omnes P 15 oc-
cultae 17 alterium uel hostis P pr. m 18 remissis P pr. m;
remissius P 2 m (u add. s. l.) 19 hinc] Dav; hi P 21 uac-
chantur P 1 m

gatio daemonis, sed argumentum dispar furoris. (4) De 3
 ipsis etiam illa, quae paulo ante tibi dicta sunt, ut Iup-
 piter ludos repeteret ex somnio, ut cum equis Castores
 viderentur, ut cingulum matronae navicula sequeretur.

(5) Haec omnia sciunt pleraque pars vestrum ipsos 5
 daemones de semetipsis confiteri, quotiens a nobis tor-
 mentis verborum et orationis incendiis de corporibus
 exiguntur. (6) Ipse Saturnus et Serapis et Iuppiter et
 quicquid daemonum colitis, victi dolore quod sunt elo-
 quuntur, nec utique in turpitudinem sui, nonnullis prae- 10
 sertim vestrum adsistentibus, mentiuntur. (7) Ipsis testi-
 bus, esse eos daemones, de se verum confitentibus cre-
 dite : adiurati enim per deum verum et solum, inviti,
 miseri corporibus inhorrescunt et vel exiliunt statim vel
 evanescent gradatim, prout fides patientis adiuvat aut 15
 gratia curantis adspirat. Sic Christianos de proximo
 fugitant, quos longe in coetibus per vos lacessebant. (8)
 Ideo inserti mentibus imperitorum odium nostri serunt
 occulte per timorem : naturale est enim et odisse quem
 timeas, et quem metueris infestare, si possis. Sic occu- 20
 pant animos et obstruunt pectora, ut ante nos incipiant

2 v. ad Octav. 7, 3 8 Tatian. orat. ad Gr. 16 9 Ev. Luc.
 9, 39; ev. Marc. 9, 24 s.; epist. Iacobi II 9 17 Iustin. apol.
 I 12, 5; II 1, 2 19 Octav. 37, 9; Ennius ap. Cic. de off. II
 23 (Vahlen Sc. 402; Ribb.³ 379); Tacit. Agric. 42 Senec. de
 ira II 11, 3; Otto, Sprichw. p. 252 s. v. odisse; Archiv IX p. 72;
 XII p. 345

2. 3 Tert. apol. 22, 12 6 Ibid. 23, 4; 6; 10; 17; 24, 1
 7 Ibid. 23, 16; 32, 3; Cyprian. ad Demetr. 15 (p. 361, 19 H);
 idol. 7; Lactant. d. i. II 15, 3—4; IV 27, 1 9 Tert. apol.
 23, 6 10 Ibid. 23, 7 11 Ibid. 23, 16 12 Ibid. 13 Ibid.
 32, 3 Ibid. 23, 16 17 Ibid. 27, 6; Lactant. d. i. IV 27, 8
 19 Tert. apol. 27, 5

5 pleraque pars] Dav; pleriq. pars P; plerique pars B;
 plerique r. 12 de se verum confitentibus] P add. s. l. credite]
 in P sequebatur fassis vel fessis sed erasum est 16 xp̄iani
 20 timeas] vulgo; timens P (litera n punctata); timens B
 infestares si P pr. m si possis P 1 m, sed corr. in posses

homines odisse quam nosse, ne cognitos aut imitari possint aut damnare non possint.

XXVIII. Quam autem inicum sit, incognitis et inexploratis iudicare, quod facitis, nobis ipsis paenitentibus
 5 credite. (2) Et nos enim idem fuimus et eadem vobiscum quondam adhuc caeci et hebētes sentiebamus, quasi Christiani monstra colerent, infantes vorarent, conciviva incesta miscerent, nec intellegebamus ab his fabulas istas semper ventilari et numquam vel investigari
 10 vel probari, nec tanto tempore aliquem existere, qui proderet, non tantum facti veniam, verum etiam indicii gratiam consecuturum: malum autem adeo non esse, ut Christianus reus nec erubesceret nec timeret, et unum solummodo, quod non ante fuerit, paeniteret. (3) Nos
 15 tamen cum sacrilegos aliquos et incestos, parricidas etiam defendendos et tuendos suscipiebamus, hos nec audiendos in totum putabamus, ut torqueremus confitentes ad negandum, videlicet ne perirent, exercentes in his perversam quaestionem, non quae verum erueret,
 20 sed quae mendacium cogeret. (4) Et si qui infirmior malo pressus et victus Christianum se negasset, favebamus ei, quasi eierato nomine iam omnia facta sua illa negatione purgaret. (5) Adgnoscutisne eadem nos sensisse et egisse, quae sentitis et geritis? cum, si ratio,

1 Senec. nat. quaest. IV pr. 10 Senec. ep. VII 8 10 Athenag. suppl. 35; cf. Iustin. apol. II 12, 4 13 cf. Octav. 31, 6; Cic. Vat. 39; Senec. de prov. VI 9 18 Plin. epist. ad Trai. 97; Iustin. apol. I 4, 6; Athenag. suppl. 3 (p. 4, 27 s. Schw.)

2 Tert. apol. I 3; 9; Lactant. d. i. IV 27, 8; V 1, 2—6; Cyprian. idol. 7 5 Tert. apol. 18, 4; 48, 2 9 Ibid. 7, 1 10 Ibid. 7, 5—7; cf. Euseb. hist. eccl. V 1, 14 13 Ibid. 1, 12; ad nat. I 1 (p. 60, 12); Cyprian. epist. 59, 13 (p. 680, 19); de lapsis 28 (p. 258, 6—7) 16 Tert. apol. 2, 9 18 Ibid. 2, 10 s.; 7, 2; Euseb. hist. eccl. V 1, 8 19 Ibid. 2, 10—15

4 penitentibus 6 haebet sēe es P sed sēe erasum 10 probari corr. ex provari 14 solummodo peneteret 18 perirent] r; perient P 19 questionem 21 praessus 21 fauebamus corr. ex favebamus

non instigatio daemonis iudicaret, *essent* urguendi magis, non ut diffiterentur se Christianos, sed ut de incestis stupris, de impiatis sacris, de infantibus immolatis fate-
rentur. (6) His enim et huiusmodi fabulis idem daemones ad execrationis horrorem imperitorum aures adversus nos referserunt. Nec tamen mirum, cum omnium fama, quae semper insparsis mendaciis alitur, ostensa veritate consumitur, sit et negotium daemonum; ab ipsis enim rumor falsus et seritur et fovetur.

(7) Inde est quod audire te dicis, caput asini rem nobis esse divinam. Quis tam stultus, ut hoc colat? Quis stultior, ut hoc coli credat? Nisi quod vos et totos asinos in stabulis cum vestra vel Epona consecratis et eosdem asinos cum Iside religiose devoratis, item boum capita et capita vervecum et immolatis et colitis, de capro etiam et homine mixtos deos et leonum et canum vultu deos dedicatis. (8) Nonne et Apin bovem cum Aegyptiis adoratis et pascitis? Nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodillis, beluis ceteris et avibus et piscibus, quorum aliquem deum si quis occiderit, etiam capite punitur. (9) Idem Aegyptii cum plerisque vobis non magis Isidem quam cepearum acrimonias metuunt, nec

1 Iustin. apol. I 12, 5; 14, 1—2 6 Verg. Aen. I 174 ss.; Iustin. apol. I 3; Athenag. suppl. 2; Theophil. ad Autol. III 4; Otto, *Sprichw.* s. v. fama 10 Octav. 9, 3 13 Ovid. Fast. VI 311 s.; Iuven. VIII 157 17 Cic. de n. d. I 82; 101; III 39; 47; Iuven. sat. XV 1—13 20 Herod. II 65 22 Iuven. sat. 15, 9 s.; Plin. N. H. II 7, 16; Gell. XX 8, 7; Plutarch. de Iside, p. 253

1 Tert. apol. 2, 14; 27, 4; 28, 1—2 6 Ibid. 7, 8—13 10 Ibid. 16, 1—4 et 12 13 Tert. ad nat. I 11 (p. 81, 17); apol. 16, 5 16 Tert. apol. 16, 3 17 Ibid. 24, 7 20 Ibid. 24, 7 22 Origen. contra Cels. V 35 (p. 39, 2)

1 *essent*] *add.* Cellarius, *haud scio an perperam* 8 *sit et*] JFGr, *Observ.*, c. 7; sic est P 13 *epona* 14 *devoratis* P, v. *Musée Belge*, XIII, 1909, p. 66 15 *verbecum pr. m* 16 *vultu*] Ge; *vultus* P; cf. Tert., *Apol.*, 16, 13: *canino et leonino capite commixtos deos* 17 *Apin vel Apen*] P 21 *vobis*] Ur; *uobiscum* P

Minucius Felix ed. Waltzing.

Handwritten notes and bleed-through from the reverse side of the page, including the name 'Minucius Felix' and various fragments of Latin text.

Serapidem magis quam strepitus per pudenda corporis expressos contremescunt.

914 (10) Etiam ille, qui de adoratis sacerdotis virilibus ad-
 5 versum nos fabulatur, temptat in nos conferre quae sua
 sunt. Ista enim impudicitiae eorum forsitan sacra sint,
 apud quos sexus omnis membris omnibus prostat, apud
 omnis quos tota impudicitia vocatur urbanitas, qui scortorum
 licentiae invident, qui medios viros lambunt, libidinoso
 ore inguinibus inhaerescunt, homines malae linguae etiam
 10 si tacerent, quos prius taedescit impudicitiae suae quam
 pudescit. (11) Pro nefas! id in se mali facinoris admit-
 tunt, quod nec aetas potest pati mollior nec cogi servi-
 tus durior.

XXIX. Haec et huiusmodi propudia nobis non licet
 15 nec audire, etiam pluribus turpe defendere est : ea enim
 de castis fingitis et pudicis, quae fieri non crederemus,
 nisi de vobis probaretis.

914 = OL (2) Nam quod religioni nostrae hominem noxium et
 20 crucem eius adscribitis, longe de vicinia veritatis erratis,
 qui putatis deum credi aut meruisse noxium aut potu-
 isse terrenum. (3) Ne ille miserabilis, cuius in homine
 mortali spes omnis innititur : totum enim eius auxilium
 cum extincto homine finitur! (4) Aegyptii sane hominem
 sibi quem colant eligunt : illum unum propitiant, illum
 25 de omnibus consulunt, illi victimas caedunt. At ille,
 qui ceteris deus, sibi certe homo est, velit nolit : nec
 enim conscientiam suam decipit, si fallit alienam. (5)
 Etiam principibus et regibus, non ut magnis et electis

1 Theoph. ad Autol. I 10 (cf. Clem. Rom. Hom. X 16)

3 Octav. 9, 4 4 Iustin. apol. I 27; II 12; Athenag. suppl. 34

6 Suet. Nero 29 9 Martial. II 61, 2; III 81, 2; Iuven. sat. II

79 18 Octav. 9, 4 19 Senec. epist. 75, 9 21 Epist. 2 Pauli

ad Cor. 15, 17—19 (Burger p. 26) 26 Senec. epist. 59, 12

3, 4, 10 (3, 12, 15) 4 Tert. apol. 9, 1 6 Lactant. d. i. I 20, 25 9 Tert. apol.

9, 12; Vita Commodi V 11; Auson. epigr. 66, 1 28 Tert.

apol. 33, 1

2 expraessos 7 inpudicitiae P add. s. l. ci 10 tedescit

21 ne] vulgo; nec P 25 at] Vah; et P 27 conscientiam

viris, sicut fas est, sed ut deis turpiter adulatio falsa blanditur, cum et praeclaro viro honor verius et optimo amor dulcius praebeatur. Sic eorum numen vocant, ad imagines supplicant, Genium, id est daemonem, implorant, et est eis tutius per Iouis Genium peierare quam regis.

(6) Cruces etiam nec colimus nec optamus. Vos plane, qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas ut, deorum vestrorum partes forsitan adoratis. (7) Nam et signa ipsa et cantabra et vexilla castrorum quid aliud quam inauratae cruces sunt et ornatae? Tropaea vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum et adfixi hominis imitantur. (8) Signum sane crucis naturaliter visimus in navi, cum velis tumentibus vehitur, cum expansis palmulis labitur: et cum erigitur iugum, crucis signum est, et cum homo porrectis manibus deum pura mente veneratur. Ita signo crucis aut ratio naturalis innititur aut vestra religio formatur.

XXX. Illum iam velim convenire, qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis et sanguine. Putas posse fieri, ut tam molle, tam parvulum corpus fata vulnerum capiat? ut quisquam illum rudem sanguinem novelli et vixdum hominis caedat, fundat, exhauriat? Nemo hoc potest credere nisi qui possit audere. (2) Vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere: sunt quae in

6 Octav. 9, 4; Iustin. apol. I 55, 2—7 9 Ibid. I 55, 6 14 Verg. Aen. VIII 91 16 Iustin. apol. I 55, 2 18 Octav. 9, 5 22 Lucan. Phars. II 105—108 Verg. Aen. XI 82 24 Iustin. apol. I 27, 3; 29; Athenag. suppl. 35 (p. 45, 26 s.); Epist. ad Diogn. 5, 6 25 Senec. de ira I 3, 15

5 Tert. ad nat. I 10 (p. 78, 8); apol. 28, 4; 32, 2 6 Tert. ad nat. I 12 (p. 81 s.); apol. 16, 6—8 Tert. apol. 50, 1 15 Ibid. 30, 4; 7; de orat. 14 19 Tert. apol. 8, 2 22 Ibid. 8, 5 24 Tert. ad nat. I 16 (p. 87, 10); apol. 9, 6—7; Clem. Alex. Paedag. III 3, 21 (p. 249, 12); Lactant. d. i. V 15; VI 20, 18—21

1 ut deis] r; ut de eis P 4 daemonem] Au; daemonem eorum Vah; daemonem eius P 10 tropea 22 exauriat 23 audere] Ge; audire P

ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguant et parricidium faciant, antequam pariant.

(3) Et haec utique de deorum vestrorum disciplina descendunt : nam Saturnus filios suos non exposuit, sed voravit. Merito ei in nonnullis Africae partibus a parentibus infantes immolabantur, blanditiis et osculo comprimente vagitum, ne flebilis hostia immolaretur. (4) Tauris etiam Ponticis et Aegyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare, et Mercurio Gallis humanas vel inhumanas victimas caedere, Romani Graecum et Graecam, Gallum et Gallam sacrificii viventes obruere, hodieque ab ipsis Latiaris Iuppiter homicidio colitur, et quod Saturni filio dignum est, mali et noxii hominis sanguine saginatur. (5) Ipsum credo docuisse sanguinis foedere coniurare Catilinam, et Bellonam sacrum suum haustu

1 Iuven. sat. VI 595 s.; Senec. ad Helv. matrem de consolatione XVI 3; Athenag. suppl. 35 (p. 45, 22 s. Schw.) 4 Iustin. apol. II 12; Athenag. suppl. 32—34; Theophil. ad Autol. III 8 5 Varro ap. August. de civ. dei VII 19; Cic. de n. d. II 64; de rep. III 15; Aristides IX 2; XIII 4; Iustin. XVIII 6; Diodor. Sic. XIII 86, 3; XX 14, 4; Iustin. apol. II 12, 5; Tatian. orat. ad Gr. 25 ex.; Theophil. ad Autol. I 9 9 Herod. IV 103; Strabo VII 4, 2 (p. 308); Cic. de rep. III 15; Ovid. Trist. IV 4, 63; Iuven. sat. XV 116; Athenag. suppl. 26 Cic. de rep. III 15; Ovid. ars am. I 647; Trist. IV 4, 63 10 Cic. de rep. III 15; Caes. de b. g. VI 16, 2—3; 17, 1; Iustin. XXVI 2; Lucan. Phars. I 444 11 Liv. XXII 57, 6; Plin. N. H. XXVIII 12 13 Octav. 23, 2; Iustin. apol. II 12, 5; Tatian. orat. ad Gr. 29; Theophil. ad Autol. III 8 15 Iustin. apol. II 12 16 Sall. Cat. 22; Florus II 12 (IV 1), 4; Plutarch. Cic. 10 Octav. 24, 4

1 Tert. apol. 9, 8 5 Ibid. 9, 2—4; ad nat. II 7 (p. 107, 26); Origen. contra Cels. V 27 (p. 28, 11) 9 Tert. apol. 9, 5; Scorp. 7; Origen. contra Cels. V 27 (p. 28, 10); Clem. Alex. Protr. III 42; Lactant. d. i. 21, 2 10 Tert. apol. 9, 5; Lactant. d. i. I 21, 3 13 Tert. apol. 9, 5; Lactant. I 21, 3; Porph. de abstin. II 56 15 Tert. apol. 9, 5 (proluunt) 16 Ibid. 9, 9 Ibid. 9, 10

1 epotis] r; et potis P 6 ei] Ge; et P 8 immolaretur] Ur; immolaetur P 9 egyptio 10 Gallis] Wo; gallos P 11 cedere Romani P (sc. sacrificii fuit; v. Vah, Opusc. II 124) 16 uellonam austu

questa uella uelit. cf. Paul. Manu. 3; sed uellonam. a. 97 uellonam, ut sic ut uellonam. Plu. 36, 1

humani cruoris imbuere, et comitiales morbum hominis sanguine, id est morbo graviore sanare. (6) Non dissimiles et qui de harena feras devorant, inlitas et infectas cruore vel membris hominis et viscere saginatas. Nobis homicidium nec videre fas nec audire, tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibus sanguinem noverimus. *201. 61, 624*

XXXI. Et de incesto convivio fabulam grandem adversum nos daemonum coitio mentita est, ut gloriam pudicitiae deformis infamiae aspersione macularet, ut ante exploratam veritatem homines a nobis terrore infandae opinionis averteret. (2) Sic de isto et tuus Fronto non ut adfirmator testimonium fecit, sed convicium ut orator adpersit: haec enim potius de vestris gentibus nata sunt. (3) Ius est apud Persas misceri cum matribus, Aegyptiis et Athenis cum sororibus legitima conubia, memoriae et tragoediae vestrae incestis gloriantur, quas vos libenter et legitis et auditis; sic et deos colitis

1 Cels. de medic. III 23; Plin. N. H. XXVIII 2, 4; Apul. met. IV 14 5 Athenag. suppl. 35; Theophil. ad Autol. III 15 7 Actus apost. 15, 28—29 8 Octav. 9, 6 12 Ibid. 14 Aristides XVII 2 (Geffcken) 15 Herod. III 31; 88; Ctesias Pers. Ecl. XXIX 2; 44 (p. 46^a; 54^b; 60^a Miller); Xanthos fr. 28 (F. H. Gr. I p. 43); Sotion apud Diogen. Laert. prooem. 7; Philo de special. leg. III (vol. II p. 301 Mangey); Plutarch. Artax. 26; Diog. Laert. IX 83; Lucian. de sacrif. 5; Tatian. orat. ad Gr. 28 (p. 29, 21 Schw.) 16 Diod. Sic. I 27; Senec. de morte Claudii VIII 2—3 (Burger, p. 27) Athenaeus Deipn. XIII p. 589; Corn. Nep. praef. 4; Cimon. I 2 17 Cic. de n. d. III 68—69 Senec. epist. 87, 23 18 Athenag. suppl. 32; Tatian. orat. ad Gr. 8 et 10

1 Tert. apol. 9, 10 3 Ibid. 9, 11 7 Ibid. 9, 13; Clem. Alex. Paedag. III 25, 2 (p. 251, 6); Origen. contra Cels. VIII 30 (p. 245, 5); Euseb. Hist. eccl. V 1, 26 8 Tert. apol. 7, 1 15 Ibid. 9, 16; ad nat. I 16; Origen. contra Cels. V 27 (p. 27, 28); VI 80 (p. 151, 31); cf. Clem. Roman. Recognit. IX 20 18 Tert. apol. 9, 16

3 infectas] r; infactus P 5 videret P, sed t erasa 9 demonum cotio P, corr. in contio (s. s. n) 10 aspersione] Wow; auersione P 12 fronte non ut adfirmor P pr. m, corr. m 2 13 conuitium 16 conubia corr. ex conubia

*/ie. ecclesiae patet...

incestos, cum matre, cum filia, cum sorore coniunctos.
 (4) Merito igitur incestum penes vos saepe deprehenditur, semper admittitur. Etiam nescientes, miseri, potestis in inlicita proruere : dum Venerem promise spargitis, dum passim liberos seritis, dum etiam domi natos alienae misericordiae frequenter exponitis, necesse est in vestros recurrere, in filios inerrare. Sic incesti fabulam neccitis, etiam cum conscientiam non habetis.

(5) At nos pudorem non facie, sed mente praestamus : unius matrimonii vinculo libenter inhaeremus, cupiditate procreandi aut unam scimus aut nullam. Convivia non tantum pudica colimus, sed et sobria : nec enim indulgemus epulis aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus : casto sermone, corpore castiore plerique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur : tantum denique abest incesti cupido, ut nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio.

(6) Nec de ultima statim plebe consistimus, si honores vestros et purpuras recusamus, nec factiosi sumus, si omnes unum bonum sapimus eadem congregati quiete qua singuli, nec in angulis garruli, si audire nos publice aut erubescitis aut timetis.

(7) Et quod in dies nostri numerus augetur, non est crimen erroris, sed testimonium laudis; nam in pulcro

7 Iustin. apol. I 27 8 Senec. de benef. I 4, 5 11 Ep. I Pauli ad Tim. 3, 2; 5, 9; ad Tit. 1, 6; Athenag. suppl. 33 (p. 43, 21 s.); Theoph. ad Autol. III 15 15 Iustin. apol. I 15, 6; 29, 1; Athenag. suppl. 33 (p. 43, 27 ss.) 19 Octav. 8, 4 20 Ibid. 9, 4 21 Ep. Pauli ad Rom. 12, 16; 15, 5; ad Philipp. 2, 2 22 Octav. 9, 4 24 Ibid. 9, 1

7 Tert. ad nat. I 16 (p. 87, 9); apol. 9, 17—18; Clem. Alex. Paedag. III 3, 21, 5 (p. 249, 10—12; Lactant. d. i. VI 20, 21 11 Tert. apol. 46, 10—11; de monogam. 8 Tert. apol. 39, 16 15 Ibid. 9, 19; Origen. contra Cels. VII 48 (p. 199, 22 ss.) 21 Tert. apol. 39, 21 23 Ibid. 1, 1

2 depraehenditur 4 promiscues P ante rasuram 6 mīae P (= misericordiae) 13 aepulis 20 factiosi] Her; fastidiosi P

genere vivendi et perseverat suus et ad crescit alienus.

(8) Sic nos denique non notaculo corporis, ut putatis, sed innocentiae ac modestiae signo facile dinoscimus: sic nos mutuo, quod doletis, amore diligimus, quoniam odise non novimus: sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes. Vos enim nec invicem adgnoscutis et in mutua odia saevitis, nec fratres vos nisi sane ad paricidium recognoscitis.

XXXII. Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra et aras non habemus? Quod enim simulacrum deo fingam, cum, si recte existimes, sit dei homo ipse simulacrum? Templum quod ei extruam, cum totus hic mundus eius opere fabricatus eum capere non possit? Et cum homo latius maneam, intra unam aediculam vim tantae maiestatis includam? (2) Nonne melius in nostro dedicandus est mente? in nostro immo consecrandus est pectore? Hostias et victimas deo offeram, quas in usum mei protulit, ut reiciam ei suum munus? Ingra-

2 Octav. 9, 2 4 Ibid. 5 Ibid. 6 Ev. Matth. 12, 48; 23, 8 7 Epist. I Petri 3, 7; 12, 16; epist. Paul. ad Tit. 3, 7; ad Rom. 8, 17; 29; ad Ephes. 3, 6 10 Octav. 10, 2 11 Genes. I 26 s.; epist. I Paul. ad Cor. 10, 17; Iacobi 3, 9; Tac. Hist. V 5
13 Iesai. 66, 1; lib. III Reg. 8, 27; actus apost. 7, 48 s.; 17, 24; ep. I Paul. ad Cor. 3, 16; II 6, 16 17 Senec. fr. 123 (ap. August. de civ. dei VI 25, 3); epist. 95, 47 18 Lib. I Reg. 15, 22; Iesai. 1, 11; 16 s.; v. G. Rauschen, *Eucharistie* I, IV
19 Octav. 38, 1; Genes. IX 3; epist. I Paul. ad Timoth. 4, 3—4; Iustin. apol. I 10, 1

2 Tert. apol. 21, 2 4 Ibid. 39, 7—8 Ibid. 37, 1 5 Ibid. 39, 8—10 (v. ad 9, 2) 6 Ibid. 39, 9 10 Arnob. adv. nat. VI 3 in. 13 Cyprian. idol. 9 17 Lactant. de ira dei 24 18 Tert. ad Scap. 2 19 Tert. apol. 42, 2; de spect. 2 (p. 2, 7)

1 et perseverat] No; et praestat (perstat Ge) et perseverat
P 4 nos propter anaphoram et antithesin add. Hal 7 adgnoscutis P corr. in agnoscitis 18 et victimas dō (i. e. deo)
P supra l. habet, sed a prima manu

tum est, cum sit libabilis hostia bonus animus et pura mens et sincera sententia. (3) Igitur qui innocentiam colit, deo supplicat; qui iustitiam, deo libat, qui fraudibus abstinet, propitiat deum, qui hominem periculo subripit, optimam victimam caedit. Haec nostra sacrificia, haec dei sacra sunt : sic apud nos religiosior est ille qui iustior.

10,5 (4) At enim quem colimus deum, nec ostendimus nec videmus. Immo ex hoc deum credimus, quod eum sentire possumus, videre non possumus. In operibus enim eius et in mundi omnibus motibus virtutem eius semper praesentem aspicimus, cum tonat, fulgurat, fulminat, cum serenat. (5) Nec mireris, si deum non vides : vento et flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur, et sub oculis tamen non venit ventus et flatus. In solem adeo, qui videndi omnibus causa est, videre non possumus : radiis acies submovetur, obtutus intuentis hebetatur, et, si diutius inspicias, omnis visus extinguitur. (6) Quid? ipsum solis artificem, illum luminis fontem possis sustinere, cum te ab eius fulgoribus avertas, a fulminibus abscondas? Deum oculis carnalibus vis videre, cum ipsam animam tuam, qua vivificaris et loqueris, nec aspicere possis nec tenere?

1 Psalm. IV 6; L 18 s.; Ev. Ioann. 4, 23; epist. I Paul. ad Tim. 1, 5; Cic. de n. d. II 71; Senec. epist. 115, 1 (Burger, p. 28); Plin. Paneg. 3 ex.; Iustin. apol. I 13, 1-2; dial. cum Tryph. 117; Athenag. suppl. 13 8 Octav. 10, 5; epist. I Pauli ad Tim. 6, 16; ad Rom. 1, 20 s. 9 Octav. 18, 8 10 Epist. Paul. ad Rom. 1, 20; Xenoph. mem. IV 3, 13 s.; Athenag. suppl. 13; Theophil. ad Autol. I 5 12 Cic. de n. d. II 13 15 Theophil. ad Autol. I 5 (cf. Otto) 21 Theophil. l. l. 22 Cic. pro Milone 84; Theophil. l. l.

1 Tert. apol. 30, 4-6; cf. 24, 5; Clem. Alex. Stromat. 7, 6; 31, 7 (p. 23, 24 ss.) 9 Tert. apol. 17, 2; Lactant. d. i. V I 9, 2 10 Tert. ad nat. II 5 (p. 104, 13); apol. 17, 4 12 Ibid.

2 sententia P (i. e. conscientia, cf. 38, 7) 13 mireris] r; mereris P 15 in solem] Cellarius; in sole P (cf. 11, 9; 32, 8; 34, 10)

(7) Sed enim deus actum hominis ignorat et in caelo constitutus non potest aut omnes obire aut singulos nosse. Erras, o homo, et falleris : unde enim deus longe est, cum omnia caelestia terrenaque et quae extra istam orbis provinciam sunt, deo plena sint? Ubique non tantum nobis proximus, sed infusus est. (8) In solem adeo rursus intende : caelo adfixus, sed terris omnibus sparsus est; pariter praesens ubique interest et miscetur omnibus, nusquam eius claritudo violatur. (9) Quanto magis deus auctor omnium ac speculator omnium, a quo nihil potest esse secretum, tenebris interest, interest cogitationibus nostris, quasi alteris tenebris! Non tantum sub illo agimus, sed et cum illo, ut prope dixerim, vivimus.

XXXIII. Nec nobis de nostra frequentia blandiamur : multi nobis videmur, sed deo admodum pauci sumus. Nos gentes nationesque distinguimus : deo una domus est mundus hic totus. Reges tamen regni sui per officia ministrorum universa noverunt, deo iudiciis opus non est : non solum in oculis eius, sed in sinu vivimus.

(2) Sed Iudaeis nihil profuit, quod unum et ipsi deum aris atque templis maxima superstitione coluerunt. Ignorantia laberis si, priorum aut oblitus aut inscius, posteriorum recordaris. (3) Nam et ipsi deum nostrum, idem

1 Octav. 10, 5 3 Senec. epist. 95, 59 6 Verg. Georg. III 60; Senec. epist. 41, 1; ad Helv. VIII 3 Senec. epist. 41, 5
11 Actus apost. 17, 28; epist. I Paul. ad Cor. 4, 5; Senec. epist. 83, 1; ad Helv. VIII 3; Athenag. suppl. 31 (42, 5 ss.) 15 Octav. 10, 4 17 Cic. de rep. III 14; de leg. II 26 19 Senec. epist. 95, 47

6 August. de civ. dei VII 9 11 Origen. contra Cels. VI 71 (p. 141, 8 s.; 15 ss.); Cyprian. idol. 9 17 Lactant. d. i. IV 29, 8 19 Tert. apol. 24, 3—4

5 deo plena] Ur; deo cognita plena P 6 in solem] Ge; in sole P (cf. 32, 5) 7 celo 9 eĩ (i. e. eius) claritudo P
18 reges tam P 19 noverẽ 20 non solum in oculis eius] r; non in solum oculis eĩ P sed in in sinu P sed in erasum
21 iudeis

enim omnium deus est, dereliquerunt: quamdiu enim eum caste, innoxie religioseque coluerunt, quamdiu praeceptis salubribus obtemperaverunt, de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de servientibus reges : modici multos,
 5 inermi armatos, dum fugiunt insequentes, dei iussu et elementis adnitentibus obruerunt. (4) Scripta eorum relege, vel, ut transeamus veteres, Flavi Iosephi, vel, si
 Romanis magis gaudes, Antoni Iuliani de Iudaeis re-
 1913, 10 quire : iam scies, nequitia sua hanc eos meruisse for-
 664. tunam, nec quidquam accidisse quod non sit his, si in contumacia perseverarent, ante praedictum. (5) Ita prius eos deseruisse comprehendes quam esse desertos nec, ut impie loqueris, cum deo suo captos, sed a deo ut disciplinae transfugas deditos.

11, 1 15 XXXIV. Ceterum de incendio mundi, aut improv-
 sum ignem cadere aut deficere umorem non credere, vul-
 garis erroris est. (2) Quis enim sapientium dubitat, quis
 ignorat, omnia quae orta sunt occidere, quae facta sunt
 interire, caelum quoque cum omnibus quae caelo conti-
 20 nentur, ita ut coepisse, desinere. Omnem adeo mundum,
 5 si solem lunam reliqua astra desierit fontium dulcis aqua
 et aqua marina nutrire, in vim ignis abiturum, Stoicis

5 Iudices 7, 9; Iosue 10, 11 15 Octav. 11, 1; Epist. II Petri 3, 7 20 Senec. ad Polyb. de cons. I 1 21 Cic. de n. d. II 118; III 37 (cf. II 40; 83); Senec. Q. N. VI 16, 2; Aristot. meteor. p. 354^b; Diog. Laert. VII 145; Iustin. apol. I 20; Athenag. suppl. 19 (p. 21, 19 Schw.)

1 Tert. apol. 21, 16; Cyprian. idol. 10 21 Tert. de anim. 54; Origen. contra Cels. IV 11, 79

1 dereliquerunt] om. P; dereliquerant Sy; experti sunt Hal
 8 gaudes P corr. e gaudis 7. 8 vel ... gaudes] ordinem resti-
 10 quod non sit his] P; iis Heu et vulgo, sed cf. 14, 6 12 con-
 16 deficere umorem] No dubitans; difficile P
 20. 21 omnem adeo ... desierit] omisit P; archetypi linea una
 22 et aqua marina] Vah; maria P

(dividi (oder diffindi) cae

rum Jos. Martin Wo. f.

Kl. Ph. 1915, 478

constans opinio est, quod consumto umore mundus hic omnis ignescat. (3) Et Epicureis de elementorum conflagratione et mundi ruina eadem ipsa sententia est. (4) Loquitur Plato partes orbis nunc inundare nunc alter-
 nis vicibus ardescere, et cum ipsum mundum perpetuum et insolubilem diceret esse fabricatum, addit tamen, ipsi
 artifici deo, soli, et solubilem et esse mortalem. Ita nihil mirum est, si ista moles ab eo, quo exstructa est, destru-
 atur.

(5) Animadvertis, philosophos eadem disputare quae 10
 dicimus, non quod nos simus eorum vestigia subsecuti,
 sed quod illi de divinis praedicationibus prophetarum
 umbram interpolatae veritatis imitati sint. *del. Aumerer*

(6) Sic etiam condicionem renascendi sapientium cla-
 riores, Pythagoras primus et praecipuus Plato, corrupta 15
 et dimidiata fide tradiderunt : nam corporibus dissolutis
 solas animas volunt et perpetuo manere et in alia nova
 corpora saepius commeare. (7) Addunt istis et illa ad
 retorquendam veritatem, in pecudes, aves, beluas homi-
 num animas redire. Non philosophi sane studio, sed 20

2 Lucret. V 407 ss.; Ovid. met. I 256 ss. 4 Plat. Tim. 22C;
 37D; 38B 6 Ibid. 40F—41B; Cic. de n. d. I 20 12 Epist.
 II Petri 1, 21 13 Iustin. apol. I 44, 9; 59; cf. Philo Quis re-
 rum divin. haeres sit I p. 503M; Quaest. in genesin III 15; IV
 152; Quod omnis probus liber II 454; de mutatione nomin. I
 603; Athenag. suppl. 7 14 Senec. epist. 11, 6; de otio IV 1;
 Iustin. apol. I 19; de resurr. 5; Tatian. orat. ad Gr. 6; Athenag.
 suppl. 36; de resurr. 3; Theophil. ad Autol. I 13; II 14; Ire-
 naeus adv. haer. V 2, 3 15 Cic. Tusc. I 38; Theophil. ad
 Autol. III 7 Plat. Phaedo 81E—82A; Tim. 42B; Politeia
 620D

10 Tert. de anim. 2 (p. 300, 21) 13 Tert. apol. 46, 18;
 47, 3 Ibid. 47, 2; cf. Augustin. de civ. dei I 36; VIII 11—12;
 de doctr. christ. II 21—23 14 Tert. apol. 48; de carnis resurr.
 15 Tert. apol. 48, 1

4 loquitur///Plato inundare] inundare dicit P (dicit glos-
 sema esse videtur; cf. 21, 2: loquitur) 10 filosofos 12 prae-
 dicationibus profetarum P (v. Musée Belge, XIV, 1910, p. 61)
 15 pythagoras 19 abes ueluas P pr. m

mimi convicio digna ista sententia est. (8) Sed ad propositum satis est, etiam in hoc sapientes vestros in aliquem modum nobiscum consonare.

(9) Ceterum quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare, hominem a deo, ut primum potuisse fingi ita posse denuo reformari? nihil esse post obitum, et ante ortum nihil fuisse? sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari? Porro difficilius est, id quod non sit incipere, quam id quod fuerit iterare? (10) Tu perire et deo credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahatur? Corpus omne sive arescit in pulverem sive in umorem solvitur vel in cinerem comprimitur vel in nidorem tenuatur, subducitur nobis, sed deo elementorum custodia reservatur. Nec, ut creditis, ullum damnum sepulturae timemus, sed veterem et meliorem consuetudinem humandi frequentamus.

(11) Vide adeo, quam in solacium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit et nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et revivescunt, post senium arbusta frondescunt, semina non nisi corrupta revirescunt: ita corpus in saeculo, ut

1 Laberius fr. inc. fab. XXXI (Ribb.³ p. 366) 5 Octav. 11, 2; Justin. apol. I 19, 3—6; de resurr. 5—6; Tatian. orat. ad Gr. 6; Athenag. suppl. 36; de resurr. 2—3; Theophil. ad Autol. I 8; Irenaeus contra haer. V 3, 2 11 Octav. 11, 3; Senec. Epist. 36, 10—11; de remed. fort. V 1—5; Tatian. orat. ad Gr. 6; Athenag. de resurr. 8 13 Athenag. de resurr. 2 (Otto, p. 197, 3 ss.): ποῖον τῶν στοιχείων; Tatian. ad Gr. 6: ταμείους πλουσίον δεσπότου; cf. Synnerberg II p. 7—8 14 Octav. 11, 3 18 Epist. I Paul. ad Cor. 15, 35—42; Ev. Ioann. 12, 24 s.; Senec. epist. 36, 10—11; 102, 23; Theophil. ad Autol. I 13; II 14; Irenaeus adv. haer. V 2, 3

1 Tert. apol. 48, 1 5 Ibid. 48, 5—6; de carnis resurr. 11; Pseudo-Origen. (Novatianus) Tract. p. 188, 17—189, 20 (C. Weyman, Archiv f. lat. Lex. XI p. 575) 11 Tert. apol. 48, 9 18 Ibid. 48, 7—8; de resurr. carnis 12—13

1 mimi convicio] Ur; mimico vitio P 10 subtrahatur] Wi, numeri causa; subtrahitur P 11 humorem P corr. 12 nido-rem] r; nidore P (v. 32, 5) 19 redunt sed corr. m 2

arbores in hiberno : occultant virorem ariditate mentita.
 (12) Quid festinas, ut cruda adhuc hieme revivescat et redeat? Expectandum nobis etiam corporis ver est.

Nec ignoro plerosque conscientia meritorum nihil se esse post mortem magis optare quam credere : malunt enim extinguī penitus quam ad supplicia reparari. Quorum error augetur et in saeculo libertatē remissa et dei patientia maxima, cuius quanto iudicium tardum, tanto magis iustum est.

XXXV. Et tamen admonentur homines doctissimorum libris et carminibus poetarum illius ignei fluminis et de Stygia palude saepius ambientis ardoris, quae cruciatis aeternis praeparata, et daemonum indiciiis et de oraculis prophetarum cognita, tradiderunt. (2) Et ideo apud eos etiam ipse rex Iuppiter per torrentes ripas et atram voraginem iurat religiose : destinata[m] enim sibi cum suis cultoribus poenam praescius perhorrescit. (3) Nec tormentis aut modus ullus aut terminus. Illic sapiens ignis membra urit et reficit, carpit et nutrit. Sicut ignes fulminum corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnaei montis et Vesuvi montis et ardentium ubique terrarum flagrant nec erogantur : ita poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed in exesa corporum laceratione nutritur.

(4) Eos autem merito torqueri, qui deum nesciunt, ut

2 Octav. 11, 8 6 Ibid. 11, 5 8 Epist. II Petri 3, 9
 10 Plato Phaedo 112D; 113C—D 11 Hom. Il. XIV 271; Od. V 185; Verg. Aen. VI 323 s.; 438 s.; 550; IX 105 15 Verg. Aen. IX 104 s. 18 Plin. N. H. II 54, 145 20 Lucret. VI 660
 24 Senec. de benef. IV 20, 3 25 Epist. II Pauli ad Thess. 1, 8; ad Rom. 1, 20 s.

18 Tert. apol. 48, 14—15; de paenit. 12; Clem. Alex. Paedag. III 8, 44 (p. 262, 13: φρόνιμον πῦρ); Stromat. VII 34, 4 (p. 27, 7); Eclog. Prophet. 25, 4; Origen. de orat. 29, 15 25 Tert. apol. 17, 3

6 supplicia 11 libris] *r*; liris *P* 13 indiciiis] *habet P* 16 destinata[m] *r*; destinata *P* 20 Aetnaei] *Oe*; henei *P* (cf. 23, 7)
 21 Vesuvi] *Wow*; lesui *P*; Vesuvii *r* 23 in exesa

impios, ut iniustos, nisi profanus nemo deliberat, cum parentem omnium et omnium dominum non minoris sceleris sit ignorare quam laedere. (5) Et quamquam imperitia dei sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad
 5 veniam, tamen si vobiscum Christiani comparemur, quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est, multo tamen vobis meliores deprehendemur. (6) Vos enim adulteria prohibetis et facitis, nos uxoribus nostris solummodo viri nascimur: vos scelera admissa punitis, apud
 10 nos et cogitare peccare est: vos conscios timetis, nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus: denique de vestro numero carcer exaestuat, Christianus ibi nullus nisi aut reus suae religionis aut profugus.

11,5 XXXVI. Nec de fato quisquam aut solacium captet aut
 15 excuset eventum: sit sors fortunae, mens tamen libera est, et ideo actus hominis, non dignitas iudicatur. (2) Quid enim aliud est fatum quam quod de unoquoque nostrum deus fatus est? Qui cum possit praescire materiam, pro meritis et qualitatibus singulorum etiam fata
 20 determinat. Ita in nobis non genitura plectitur, sed ingenii natura punitur. Ac de fato satis, vel si pauca, pro tempore, disputaturi alias et uberius et plenius.

12,2 (3) Ceterum quod plerique pauperes dicimur, non est infamia nostra, sed gloria: animus enim ut luxu solvi-

8 Octav. 31, 5; Athenag. suppl. 33 10 Iuven. sat. XIII 209; cf. Ev. Matth. V 28; Iustin. apol. I 5, 5; Athenag. suppl. 31 (p. 42, 2); Theoph. ad Autol. III 13 in. Senec. fr. 14 (ap. Lactant. d. i. VI 24, 17) 12 Senec. epist. 79, 2—3 14 Octav. 11, 5—6 15 Ibid. 11, 7 18 Epist. Paul. ad Rom. 8, 29; 11, 2 Cic. Verr. II 3, 160; de inv. I 2 21 Cic. de div. II 19 ex. 23 Octav. 12, 2; Senec. de provid. III 1

6 Tert. apol. 46, 17 8 Ibid. 45, 3 8 Ibid. 46, 11 10 Tert. apol. 45, 3; Origen. contra Cels. III 44; Lactant. d. i. VI 23, 34 13 Tert. apol. 44, 3; ad Scap. 2; Lactant. d. i. V 9, 15; 21—24 18 Augustin. de civ. dei V 9

2 minoris//sceleris 3 ledere 6 inor P sed add. m. s. l. 7 deprahendemur 8 solummodo sed corr. m 2 15 sors] Heu (cf. 11, 7); sortis P 18 fatus] Sa in praef.; fatum P 22 uberius] Meu, quocum facio numeri causa; verius P

tur, ita frugalitate firmatur. (4) Et tamen quis potest pauper esse qui non eget, qui non inhiat alieno, qui deo dives est? Magis pauper ille est, qui cum multa habeat, = plus
plura desiderat. (5) Dicam tamen quemadmodum sentio : nemo tam pauper potest esse quam natus est. Aves 5
sine patrimonio vivunt et in diem pecua pascuntur : et haec nobis tamen nata sunt, quae omnia, si non concupiscimus, possidemus. (6) Igitur ut qui viam terit, eo felicior quo levior incedit, ita beatior in hoc itinere vivendi, qui paupertate se sublevat, non sub divitiarum 10 onere suspirat. (7) Et tamen facultates, si utiles putaremus, a deo posceremus : utique indulgere posset aliquantum cuius est totum. Sed nos contemnere malumus opes quam continere, innocentiam magis cupimus, magis patientiam flagitamus, malumus nos bonos esse quam pro- 15 digos.

(8) Et quod corporis humana vitia sentimus et pati- 12, 3 mur, non est poena, militia est. Fortitudo enim infirmitatibus roboratur et calamitas saepius disciplina virtutis est; vires denique et mentis et corporis sine laboris exercitatione torpescunt. Omnes adeo vestri viri fortes, quos in exemplum praedicatis, aerumnis suis inclytifi floruerunt. (9) Itaque et nobis deus nec non potest subvenire nec despicit, cum sit et omnium rector et amator suorum,

1 Ev. Luc. 11, 21; epist. 1 Petri 3, 4; Senec. epist. 2, 6 (Burger, p. 31; Otto, *Sprichw.* p. 50 s. v. avarus) 2 Ev. Luc. 11, 21 4 Senec. epist. 2, 6 5 Epist. 1 Paul. ad Tim. 6, 7; Senec. de provid. 6, 6; epist. 20, 13 Ev. Matth. 6, 26; Luc. 12, 24 s.; Senec. de remed. fortuit. 10, 1 7 Cic. de n. d. II 154; 157; Aristides apol. I 3 8 Val. Max. 4, 4 pr. Verg. Georg. I 380 11 Senec. de prov. VI 2; 5 18 Ibid. IV 12 19 Epist. II Pauli ad Cor. 12, 9 Senec. de provid. IV 6; cf. II 2; 4; IV 1 20 Octav. 12, 2 (opere) 21 Ibid. 37, 3 23 Ibid. 12, 2 24 Senec. de provid. II 6; IV 7

7 Tert. de anima 33; Lactant. epit. 69 18 Augustin. de civ. dei IV 3 ex.

1 quis *P*; qui (= *quomodo*) Wow 6 pecua] Ge; pascua *P*
9 itineri *P* sed corr. m 2 14 continere *P* (v. Ni, *Musée Belge*, XIV, 1910, p. 229)

sed in adversis unumquemque explorat et examinat, ingenium singulorum periculis pensitat, usque ad extremam mortem voluntatem hominis sciscitatur, nihil sibi posse perire securus. Itaque ut aurum ignibus, sic nos discrimi-
5 nibus arguimur.

XXXVII. Quam pulchrum spectaculum deo, cum Christianus cum dolore concreditur, cum adversum minas et supplicia et tormenta componitur, cum strepitum mortis et horrorem carnificis inridens inculcat, cum liber-
10 tatem suam adversus reges et principes erigit, soli deo, cuius est, cedit, cum triumphator et victor ipsi, qui adversum se sententiam dixit, insultat! Vicit enim qui, quod contendit, obtinuit. (2) Quis non miles sub oculis imperatoris audacius periculum provocet? Nemo enim
15 praemium percipit ante experimentum. Et imperator tamen quod non habet, non dat : non potest propagare vitam, potest honestare militiam. (3) At enim dei miles nec in dolore deseritur nec morte finitur. Sic Christianus miser videri potest, non potest inveniri. Vos ipsi cala-
20 mitos viros fertis ad caelum, ut Mucium Scaevolam, qui, cum errasset in regem, perisset in hostibus, nisi dexteram perdidisset. (4) Et quot ex nostris, non dextram solum, sed totum corpus uri, cremari sine ullis

2 Verg. Aen. II 447 4 Lib. proverb. 3, 11 s.; 17, 3; Sirach 2, 5; lib. sapient. 3, 6; Iob 23, 9; epist. I Petri 1, 6—7; epist. Iacobi 1, 12; Senec. de provid. V 9; Otto, *Sprichw.* p. 170 s. v. ignis, 2 6 Octav. 12, 4; Senec. de provid. II 7; 9; Gell. XII 5, 3 10 Florus I 16 (21) 14 Epist. II Pauli ad Tim. 2, 5 17 Ibid. 2, 3; Harnack, *Militia Christi* 19 Senec. de provid. III 1 Cic. Tusc. II 14—17; de n. d. III 80; Senec. de provid. III 4—5; epist. 98, 12; epist. ad Diognet. 6, 6—9 21 Senec. de const. XII 2 20 Liv. II 12, 7; Martial. I 21, 8

6 Tert. apol. 50; Lactant. de morte persec. 16, 6; Cyprian. epist. 10, 2 12 Tert. apol. 50, 2 17 Ibid. 50, 1 19 Tert. ad martyr. 4—5; ad nat. I 18 (p. 90, 5); apol. 90, 5—6; Lactant. d. i. V 13, 12—14 20 Tert. apol. 50, 5

9 inridens] Ge; inripiens P 12 insultat] r; stultat P
17 ad enim P sed corr. m 2 20 ut] add. Heu scevolam

eiulatus pertulerunt, cum dimitti praesertim haberent in sua potestate! (5) Viros cum Mucio vel cum Aquilio aut Regulo comparo? Pueri et mulierculae nostrae cruces et tormenta, feras et omnes suppliciorum terriculas inspirata patientia doloris inludunt. (6) Nec intellegitis, o miseri, neminem esse qui aut sine ratione velit poenam subire aut tormenta sine deo possit sustinere.

(7) Nisi forte vos decipit, quod deum nescientes divitiis afluant, honoribus floeant, polleant potestatibus. Miseri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. Hi enim ut victimae ad supplicium saginantur, ut hostiae ad poenam coronantur: in hoc adeo quidam imperiis ac dominationibus eriguntur, ut ingenium eorum perditae mentis licentia potestatis libere nundinentur.

(8) Absque enim notitia dei quae potest esse solidā felicitās, cum mors sit? Somnio similis, antequam tenetur, elabatur. (9) Rex es? Set tam times quam timeris, et quamlibet sis multo comitatu stipatus, ad periculum tamen solus es. Dives es? Sed fortunae male creditur et magno viatico breve vitae iter non instruitur, sed oneratur. (10) Fascibus et purpuris gloriaris? Vanus error hominis et inanis cultus dignitatis, fulgere purpura, mente sordescere. Nobilitate generosus es? Parentes tuos

2 Plin. N. H. XXXIII 3, 48; Appian. de bello Mithr. p. 316
 3 Octav. 26, 3 8 Ibid. 12, 5 10 Ibid. 5, 11; Iuven. sat. X 106; Psalm. 72 (73), 18 11 Ierem. 12, 3; epist. Iacobi 5, 5; epist. II Petri 2, 12 15 Cic. de n. d. II 153 Senec. de provid. VI 4; epist. 115, 8 17 Octav. 27, 8; L. Accius ap. Cic. de off. I 97 (Ribb.³ 204); Laberius (126 Ribb.) ap. Senec. de ira II 11, 3; Publilius Syrus 338; Senec. de ira I 20, 4; de clem. I 11, 4; 12, 4; epist. 14, 10; 105, 4; de morib. 61; Oedip. 705 s.; Otto, *Sprichw.*, p. 349 s. v. timere 18 Senec. Herc. Oet. 607 s.
 19 Senec. de brev. vitae XVII 4 20 Senec. epist. 44, 7; de tranquillitate anim. IX 4; de provid. VI 2 23 Apul. de deo Socr. 23

10 Claudian. in Rufin. I 22 s.

1 cumdis mitti P 7 possit] r; posse P 11 suplicium
 17 es? Set] eēt (= esset) P m 1, corr. m 2 in eset; es sed Ri; cf. 14, 2 23 nobilitates P, sed s erasa

laudas? Omnes tamen pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur.

(11) Nos igitur, qui moribus et pudore censemur, merito malis voluptatibus et pompis vestris et spectaculis abstinemus, quorum et de sacris originem novimus et noxia blandimenta damnamus. Nam in ludis currulibus quis non horreat populi in se rixantis insaniam? in gladiatoriiis homicidii disciplinam? (12) In scenicis etiam non minor furor et turpitudine prolixior: nunc enim minus vel exponit adulteria vel monstrat, nunc enervis histrio amorem dum fingit, infligit: idem deos vestros induendo stupra, suspiria, odia dedecorat, idem simulatis doloribus lacrimas vestras vanis gestibus et nutibus provocat: sic homicidium in vero flagitatis, in mendacio fletis.

XXXVIII. Quod vero sacrificiorum reliquias et pocula delibata contemnimus, non confessio timoris est, sed verae libertatis adsertio. Nam, etsi omne quod nascitur, ut inviolabile dei munus, nullo opere conrumpitur, abstinemus tamen, ne quis existimet aut daemoniis, quibus libatum est, cedere aut nostrae religionis pudere.

(2) Quis autem ille qui dubitat, vernis indulgere nos floribus, cum carpamus et rosam veris et lilium et quicquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est? His enim et sparsis utimur ac solutis et sertis mollibus colla

- 4 *Octav.* 12, 5; *Senec. epist.* 7, 2—7 19 *Octav.* 32, 2
 20 *Epist. I Paul. ad Cor.* 10, 14 s.; 20—29; *epist. I ad Timoth.*
 4, 4 23 *Octav.* 12, 6 25 *Verg. Aen.* VII 488; *Tibull.* I 7, 52
 4 *Tert. apol.* 38, 4; 42, 7; *de pudic.* 7; *de spect.*; *Cyprian.*
ad Donat. 8; *Lactant. d. i. VI* 20, 27—35; *Hieronym. epist.*
 43, 3 5 *Tert. apol.* 38, 4; *de spect.* 5 ss.; 13; 16—29 10 *Tert.*
apol. 15, 3 12 *Ibid.* 15, 1—6

9 furor et] *Meu*; *furore P* 17 contemnim' *P*, *sed im' in*
ras. m 2 21 nos] *add. Heu post quis (v. 16, 2: credere, et*
Kron, Philologus, 69, p. 139) 23 carpamus] *Stewech. ad Apul.*
Met. 10, p. 382; *capiamus P (cf. 19, 6)* 25 sertis mollibus]
Do; utimur [mollibus ac solutis] et sertis P

Luciani, Nigrini. 74: ἡτις τὸ τῶν στεφανουμένων, ὅτι μὴ ἴδωσι
 τοῦ στεφάνου τὸν τόπον. εἰ γὰρ τοι, ἔλαγ, τῆ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥο-
 ῶν χαίρουσιν, ὅτι τῆ εἶνι μάλιστα ἔχουσιν αὐτοὺς στεφάνου πρε' αὐτῶν
 ὅς οὖν τε τὴν ἀναπνοῆν, ἢ ὡς πλείστον ἀνεῖπαν τῆς ἡδοῦς. 67

conplectimur. Sane quod caput non coronamus, igno-
 scite: auram bonam floris naribus ducere, non occipitio
 capillisve solemus haurire. *auram novifloris Walter Phil. 42, 6.*
20. 1925, 352

(3) Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis
 miror, quemadmodum tribuatis exanimi aut sentienti
 facem aut non sentienti coronam, cum et beatus non
 egeat et miser non gaudeat floribus. (4) At enim nos
 exsequias adornamus eadem tranquillitate qua vivimus,
 nec adnectimus arescentem coronam, sed a deo aeternis
 floribus vividam sustinemus: quieti, modesti, dei nostri
 liberalitate securi spem futurae felicitatis fide praesentis
 eius maiestatis animamus. Sic et beati resurgimus et
 futuri contemplatione iam vivimus.

(5) Proinde Socrates scurra Atticus viderit, nihil se
 scire confessus, testimonio licet fallacissimi daemonis glo-
 riosus, Arcesilas quoque et Carneades et Pyrrho et omnis
 Academicorum multitudo deliberet, Simonides etiam in
 perpetuum conperendinet: philosophorum supercilia
 contemnimus, quos corruptores et adulteros novimus et
tyrannos et semper adversus sua vitia facundos. (6) Nos,
qui non habitu sapientiam sed mente praeferimus, non

x) corruptor ~ Socrates, adulter Speusippus (Test. univ. 46, 11), Zeno (apud Priusius, Test. univ. 16-13).
 4 Justin. apol. I 24, 2 Verg. Ecl. I 10 5 Bion apud Diog.
 Laert. IV 48; Gnom. vet. 10 (Wiener Stud. IX 186) 9 Epist.
 I Petri 5, 4; epist. I Paul. ad Cor. 9, 25; epist. ad Diognet.
 VI 6-9 10 Epist. I Petri 3, 4; cf. Senec. ep. 106, 7 12 Octav.
 12, 6 14 Cic. de n. d. I 93; cf. Octav. 13, 1 18 Senec. epist.
 94, 9; fr. 18 H. ap. Lactant. d. i. III 15, 11; Iuven. sat. II 9;
 20; Gell. III 8 (Burger, p. 36 et 52)
 4 Tert. apol. 42, 6; de corona 5; 10; 14; Cyprian. de lapsis
 5 14 Lactant. d. i. III 20, 15 18 Tert. apol. 46, 7-16
 21 Cyprian. de bono patientiae 3 in.

2 bonam] Hal; bona P pr. m, boni P corr. m 2 3 capillisve
 solemus] r; capillis//ue olemus P 5 aut sentienti facem] Ur
 et Salmasius (Exerc. Plin. p. 963 ed. Par.); aut non sentienti
 facem P 7 ad enim 10 quieti, modesti] Ri; quietmodesti P
 12 animamus] Vah; animamur P 16 Arcesilas] r (cf. 13, 3);
 arcesilaus P pyrrho 18 conperendinet] Sa; conpraehendi nec
 P 21 qui] add. Ur (ex Cypr., De bono pat. 3, 2) raeferimus
 P add. p 2 m

x cf. Heinze p. 460 apophth. Anaxagoridivvel Bionis:
 ... παράδοξου... τὸ πρὸς νεκρῶν κχιεῖναι μὲν ὡς
 ἀναίδητους, ἀπο κατέδρα δ' αὐτοῖς ὡς αἰσθητοῦς.

eloquimur magna sed vivimus, gloriamur nos consecutos quod illi summa intentione quaesiverunt nec invenire potuerunt.

(7) Quid ingrati sumus, quid nobis invidemus, si veritas divinitatis nostri temporis aetate maturuit? Fruamur bono nostro et recti sententiam temperemus : cohibeatur superstitio, impietas expietur, vera religio reservetur.

XXXIX. Cum Octavius perorasset, aliquamdiu nos ad silentium stupefacti intentos vultus tenebamus, et quod ad me est, magnitudine admirationis evanui, quod ea, quae facilius est sentire quam dicere, et argumentis et exemplis et lectionum auctoritatibus adornasset et quod malevolos isdem illis quibus armantur, philosophorum telis retudisset, ostendisset etiam veritatem non tantummodo facilem sed et favorabilem.

XL. Dum istaec igitur apud me tacitus evolvo, Caecilius erupit : « Ego Octavio meo plurimum quantum, sed et mihi gratulor nec expecto sententiam. Vicimus et ita : ut improbe, usurpo victoriam. Nam ut ille mei victor est, ita ego triumphator erroris.

1 Iustin. apol. I 16, 2 et 8; Cohort. ad gent. 35; Tatian. orat. ad Gr. 26 (p. 28, 10); Athenag. suppl. 11 (p. 12, 27 s. Schw.); 33 (p. 44, 3 s. Schw.); Epist. ad Diognet. III 5 2 Ev. Matth. 7, 7; Luc. 11, 9; Senec. de benef. I 12, 3; VII 14, 2; cf. Plauti Captiv. 461 6 Senec. epist. 26, 2 10 Verg. Aen. II 1 s. 16 Senec. epist. 108, 22

1 Tert. apol. 46, 9; 18; Cyprian. ib.; Origen. contra Cels. II 73 (p. 195, 3—4)

2 sumam *P* sed *m* erasa 4 invidemus] invidemur *P* 6 recti] *P*; regula recti *Do* (cf. 16, 6), sed *Cyprianus Minucium imitatus scribit* (*De bono patientiae* 3, 2): «qui virtutum conscientiam (= *sententiam*, v. 32, 2) magis quam iactantiam novimus» 9 aliquan diu *P* corr. ex aliquam diu 14 malevolos *P* corr. ex malevolis 15 retudisset] *r*; retudisse *P* 16 favorabilem 17 istaec] *r*; iste haec *P* 18 quantum, sed] quantum eadem tranquillitate qua vivimus sed *Pr*; verba aliena ex c. 38, 4 imprudenter repetita, unde suspiceris ea initio paginae in archetypo collocata fuisse 21 triumphator

(2) Itaque quod pertineat ad summam quaestionis, et de providentia fateor et *de deo* cedo et de sectae iam nostrae sinceritate consentio. Etiam nunc tamen aliqua consubsidunt non obstrepentia veritati, sed perfectae institutioni necessaria, de quibus crastino, quod iam sol 5 occasui declivis est, ut de toto congruentes promptius requiremus. »

(3) « At ego, inquam, prolixius omnium nostrum vice gaudeo, quod etiam mihi Octavius vicerit, cum maxima iudicandi mihi invidia detracta sit. Nec tamen possum 10 meritum eius verborum laudibus repensare : testimonium et hominis et unius infirmum est : habet dei munus eximium, a quo et inspiratus oravit et obtinuit adiutus. »

(4) Post haec laeti hilaresque discessimus, Caecilius 15 quod crediderit, Octavius quod vicerit, ego et quod hic crediderit et hic vicerit.

5 Cic. de n. d. III 94—95; Vulg. Iudices 19, 9 15 Senec. epist. 12, 9 Cic. de n. d. III 95

2 de] *add.* Ur 6 congruentes] Vah; congruentius *Pr*
8 ad ego *P sed corr. m 2* 12 infirmum *P sed tertia i erasa*
16 Octavius] Dan et Ur; Octavius gaudere *P Sj. 8*

VETERA DE MINUCIO TESTIMONIA.

Lactantius.

1. *Divinae Institutiones*, I, 11, 55 (ed. Brandt, Vindobonae 1890): Minucius Felix in eo libro, qui *Octavius* inscribitur, sic argumentatus est: Saturnum, cum fugatus esset a filio in Italiamque venisset, Caeli filium dictum, quod soleamus eos, quorum virtutem miremur, aut eos qui repentino advenerint, de caelo cecidisse dicere, Terrae autem, quod ignotis parentibus natos terrae filios nominemus. (*Oct.*, 21, 7).

2. *Ibid.*, V, 1, 21: Eo fit, ut sapientia et veritas idoneis praecognitionibus indigeat. Et si qui forte litteratorum se ad eam contulerunt, defensionem eius non suffecerunt. Ex iis qui mihi noti sunt, Minucius Felix non ignobilis inter causidicos loci fuit. Huius liber, cui *Octavio* titulus est, declarat quam idoneus veritatis adsertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset. Septimius quoque Tertullianus *etc.* Unus igitur praecipuus et clarus extitit Cyprianus *etc.*

Hieronymus

3. *De viris illustribus*, 58 (ed. Richardson): Minucius Felix, Romae insignis causidicus, scripsit dialogum christiani et ethnici disputantis, qui *Octavius* inscribitur. Sed et alius sub nomine eius fertur *De fato vel Contra Mathematicos*, qui, cum sit et ipse disertus hominis, non mihi videtur cum superioris libri stilo convenire (*Oct.* 36, 2). Meminit huius Minucii et Lactantius in libris suis¹).

1) Cf. *De viris ill.*, 53: Tertullianus presbyter nunc demum primus post Victorem et Apollonium Latinorum ponitur, provinciae Africae, civitatis Carthaginiensis, patre centurione proconsulari.

4. *Epist.*, 70, 5 (Isid. Hilberg, CSE., 54, p. 707): Veniam ad Latinos. Quid Tertulliano eruditius, quid acutius? *Apologeticus* eius et *Contra gentes libri* cunctam saeculi continent disciplinam. Minucius Felix, causidicus Romani fori, in libro, cui titulus *Octavius* est, et in altero *Contra Mathematicos*, si tamen inscriptio non mentitur auctorem, quid gentilium scripturarum dimisit intactum?¹⁾

5. *Epist.* 60, *ad Heliodorum* (Migne, PL., XXII, p. 595): (Nepotianus) eruditissimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, istud Cypriani; hoc Lactantii, illud Hilarii est. Sic Minucius Felix, ita Victorinus, in hunc modum est locutus Arnobius.

6. *Epist.* 48 (Migne, PL., XXII, p. 502): Taceo de Latinis scriptoribus Tertulliano, Cypriano, Minucio, Victorino, Lactantio, Hilario.

7. *Commentarii in Isaiam prophetam*, VIII, praef. (Migne, XXIV, p. 289): Certe nos studiosis scribimus et sanctam Scripturam scire cupientibus, non fastidiosis et ad singula nauseantibus. Qui si flumen eloquentiae et concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianum, Gallionem, Gabinianum, et, ut ad nostros veniam, Tertullianum, Cyprianum, Minucium, Arnobium, Lactantium, Hilarium.

Eucherius († 450).

8. *Epist. paraenetica ad Valerianum* (Migne, PL., L, p. 719): Et quando clarissimos facundia, Firmianum, Minucium, Cyprianum, Hilarium, Ioannem, Ambrosium ex illo volumine numerositatis evolvam?

1) Deinde laudantur Arnobius, Lactantius, Victorinus martyr, Cyprianus, Hilarius confessor et Iuvencus.

INDEX AUCTORUM.

- Alexander ille Magnus Macedo
insigni volumine ad matrem
suam scripsit 21, 3
- Antoni Iuliani de Iudaeis
scripta 33, 4
- Cassius (*sc.* Hemina) in histo-
ria 21, 4
- Demosthenes 26, 6
- Diodorus (*sc.* Siculus) 21, 4
- Ennius 26, 6; *cf.* 19, 1
- Evhemerus 21, 1
- Flavi Iosephi de Iudaeis scripta
33, 4
- Frontonis Cirtensis oratio (*de
christianis*) 9, 6; 31, 2
- Homeri carmina 24 (23), 3 s.
- Hostanes magorum primus 26, 11
- Nepos 21, 4
- Plato Homerum de civitate
sua eiecit 24 (23), 2; inve-
nire deum negotium credidit
26, 12; *cf.* 19, 14; *eius* de
deo oratio 19, 14; *eius sen-
tentia* de angelis 26, 12; de
daemonibus *ib.*; de mundi
interitu 34, 4; de condicione
renascendi 34, 6. *Laudantur*
Timaeus 19, 4; Civitas 24
(23), 2; Symposion 26, 12.
Vide Melanges Boissier, 1903,
p. 455—460, *Musée Belge*,
1904, p. 424—428
- Thallus 21, 4
- Vergilius (Mantuanus Maro)
Georg. IV 221; Aen. I 743;
724, 19, 2. *Vide G. Buerner*,
*Vergils Einfluß bei den
Kirchenschriftstellern.* Er-
langen 1902

INDEX NOMINUM PROPRIORUM.

- Abderites Protagoras 8, 3
- Academici 13, 3; 38, 5
- Acca Larentia 25, 8
- Admetus 24 (23), 5
- Aegyptius rex (= Amasis) 22, 4
(23, 12); Aegyptius Busiris
30, 4
- Aegyptia numina 25, 9; sacra
23 (22), 2
- Aegyptii 25, 9; 12; 28, 8; 9;
29, 4; 31, 3
- Aegyptus 18, 3
- Aeneae arma 24 (23), 6
- Aesculapius 6, 1; 23 (22), 5; 7
- Aetnaei ignes 35, 3
- Africa 26, 4; 30, 3
- Alexander ille Magnus Macedo
21, 5
- Allia 7, 4
- Amalthea* 23 (22), 3
- Amasis* rex 22, 4 (23, 12)
- Amphiaraus 26, 5
- Anaxagoras 19, 6
- Anaximenes 19, 5
- Antisthenes 19, 6
- Anubis* 23 (22), 1

- Apis 28, 8
 Apollo 23 (22), 5; 24 (23), 5;
 Delphicus 21, 1; Pythius
 26, 6
 Apolloniates Diogenes 19, 5
 Aquilius (M'Aquilius) 37, 5
 Arcesilas 13, 3; 38, 5
 Argiva (Iuno) 25, 9
 Ariston Stoicus 19, 13
 Aristoteles 19, 9
 Arvales 25, 12
 Assyrii 25, 12
 Astarte 6, 1
 Athenae (= Athenienses) 31, 3
 Athenienses 8, 3; *cf.* 31, 3
 Atheos (*sc.* Diagoras Melius) 8, 2
 Attis 23 (22), 4
 Atticus scurra (*sc.* Socrates),
 38, 5

 Babylonius Diogenes 19, 12
 Bellona 30, 5
 Belus 6, 1
 Briareus 24 (23), 4
 Britannia 18, 3
 Busiris 30, 4

 Caecilius (= Q. Caecilius Na-
 talis) 1, 5; 2, 4; 4, 1; 2; 5, 1;
 14, 1; 15, 1; 16, 4; 17, 1; 40, 1; 4.
 Vide Natalis et Quintus.
 Caeli filius 21, 7
 Caesar (Gaius Caesar) 26, 4
 Camillus 5, 12
 Cannae 26, 3
 Capitolinus (Iuppiter) 23 (22), 6
 Capitolium 6, 2
 Carneades 13, 3; 38, 5
 Castores 23 (22), 7; 27, 4; *cf.*
 7, 3: equestrium fratrum
 Catilina 30, 5
 Centauri 20, 3
 Ceres 6, 1; 21, 1; 2; 23 (22), 2
 Chaldaei 6, 1
 Chimaera 20, 3
 Christi supplicium 9, 4; 29, 2
 Christianus 18, 11; 28, 2; 4;
 35, 6; 37, 1; 3
 Christiani 10, 5; 20, 1; 27, 7;
 28, 2; 5; 35, 5
 Chrysippus 19, 10; 11
 Cirtensis noster (= Fronto) 9, 6
 Claudia Quinta 27, 4
 Claudius (= P. Claudius Pulcher
 consul a. 249 a. Chr.) 7, 4;
 26, 2
 Cleanthes 19, 10
 Cloacina *dea* 25, 8
 Consus deus 25, 8
 Corybantes 23 (22), 2
 Crassus (= M. Crassus triumvir)
 7, 4
 Creta 21, 5; 8; 24 (23), 6
 Creticus (Iuppiter) 25, 9
 Curtius (= M. Curtius, a. 362
 a. Chr.) 7, 3
 Cybelae Dindyma 23 (22), 4; *cf.*
 23 (22), 9; *v.* Mater Idaea
 Cyclops 24 (23), 6
 Cynocephalus (= Anubis) 23
 (22), 1
 Cyrenaeus (Theodorus) 8, 2

 Deciorum devotio 7, 3
 Delphicus Apollo 21, 1
 Democritus 19, 8
 Demosthenes 26, 6
 Diagoras Melius 8, 2
 Diana 6, 1; 23 (22), 5; Ephesia
 ib.; Trivia *ib.*; Taurica 25, 9;
 cf. 6, 1
 Dictaeus Iuppiter 21, 1
 Dindyma Cybelae 23 (22), 4
 Diogenes Apolloniates 19, 5
 Diogenes Babylonius 19, 12
 Dionysius *tyrannus* 5, 12

 Eleusinia Ceres 21, 1; Eleu-
 sinia sacra 23 (22), 2; Eleu-
 sinii 6, 1
 Ennius 26, 6; *cf.* 19, 1
 Ephesia (Diana) 23 (22), 5

- Epicurei 34, 3
 Epicurus 19, 8
 Epidaurii 6, 1
 Epona 28, 7
 Erigone 23 (22), 7
 Evhemerus 21, 1
 Euphrates 18, 3

 Febris *dea* 25, 8
 Feretrius (Iuppiter) 23 (22), 6
 Flaminius (= C. Flaminius cons.
 a. 217 a. Chr.) 7, 4; 26, 2
 Flora 25, 8

 Gaius Caesar 26, 4
 Galli 6, 1; 2; Gallus et Galla
 30, 4
 Galli semiviri (= *Cybelae sa-*
 cerdotes) 23 (22), 4
 Ganymedes 24 (23), 7
 Graeculus 21, 5
 Graecus et Graeca 30, 4; Graeci
 25, 12; omnes scriptores ve-
 tustatis Graeci Romanique
 21, 4

 Hammon 23 (22), 6
 Heraclides Ponticus 19, 9
 Hercules 23 (22), 7; 24 (23), 5;
 cf. 22, 8 (24, 3)
 Hesiodi carmina 19, 11
 Hiero *tyrannus* 13, 4
 Homeri carmina 19, 11; 24
 (23), 2
 Hostanes magorum primus
 26, 11
 Hostilius *rex* (= Tullus Hosti-
 lius) 25, 8
 Hydra 20, 3

 Ianiculum 21, 6
 Ianuarius 15, 1; *v.* Octavius
 Ianus 21, 5; 6; 23 (22), 1
 Idaea Mater 7, 3; *v.* Mater
 (Idaea)
 Isiaci 23 (22), 1

 Isis 23 (22), 1; 28, 7; 9; Pharia
 21, 1; *cf.* 22, 10
 Itali 21, 7
 Italia 21, 5
 Iuba *rex* 21, 9
 Iudaei 10, 4; 33, 2; 4—5
 Iunius (= L. Iunius Pullus cons.
 a. 249 a. Chr.) 7, 4; 26, 2
 Iuno 19, 10; 21, 11; 23 (22), 5;
 24 (23), 4; nunc Argiva nunc
 Samia nunc Poena 25, 9
 Iuppiter 7, 3; 18, 11; 19, 10;
 12; 21, 8; 11; 23 (22), 3; 6;
 24 (23), 4; 6; 7; 27, 4; 5;
 29, 5; 35, 2; Creticus 25, 9;
 Dictaeus 21, 1; Hammon,
 Capitolinus, Latiaris, Fere-
 trius 23 (22), 6; multos loves
 23 (22), 6

 Laomedon 24 (23), 5
 Larentia 25, 8; *v.* Acca
 Latiaris (Iuppiter) 23 (22), 6;
 30, 4
Latinus 7, 3
 Latium 21, 6
 Liber 21, 2
 Libera 23 (22), 2
Luperci 22, 8 (24, 3)

 Macedo 21, 3; *v.* Alexander
 Magnus 21, 3; *v.* *ib.*
 Mancinus 26, 3
 Manes 6, 2
 Mantuanus Maro 19, 2
 Marcus (= M. Minucius Felix)
 3, 1; 5, 1
 Maro 19, 2
 Mars 24 (23), 3; 7; Thracius
 25, 9
 Mater (Magna) 6, 2; Mater
 Idaea 7, 3; 23 (22), 4; 25, 9;
 v. Cybele
 Mauri 21, 9
 Medi 29, 12
 Melicus (Simonides) 13, 4

- Melius (Diagoras) 8, 2
 Mercurius 23 (22), 5; *Gallorum*
 6, 1; 30, 4
 Mesopotamia 18, 3
 Milesius (Thales) 19, 4
 Minerva 19, 12; 21, 11; 23 (22), 5
 Mucius Scaevola 37, 3; Mucius
 37, 5

 Natalis (= Caecilius Natalis)
 16, 1; 2; *v.* Caecilius
 Nepos (= Cornelius Nepos) 21, 4
 Neptunus 19, 10; 23 (22), 5;
 24 (23), 5
 Nilus 18, 3

 Octavius (= Octavius Ianuarius)
 1, 1; 3, 1; 4; 4, 3; 4; 14, 1;
 15, 1; 16, 1; 39, 1; 40, 1; 3;
 4; *v.* Ianuarius
 Octaei ignes 23 (22), 7
Olympias mater Alexandri Ma-
 gnae 21, 3
 Oriens 18, 3
 Orpheus 19, 11
 Osiris 22, 10*
 Ostia 2, 3

 Pallor *deus* 25, 8
 Pan 23 (22), 5
 Parthi 7, 4
 Paulus (= Aemilius Paulus) 26, 3
 Pavor *deus* 25, 8
 Persae 18, 6; 29, 12; 31, 3
 Persaeus *philosophus* 21, 2
 Perses *rex* 7, 3
 Phalaris *tyrannus* 5, 13
 Pharia Isis 21, 1
 Phryges 6, 1
 Picus *deus* 29, 8
 Pilumnus *deus* 25, 8
 Plato 19, 4; 14; 24 (23), 2; 26,
 12; 34, 4; 6; *v. indicem auc-*
 torum
 Plautina *prosapia* 14, 1
 Poena Iuno 25, 9

 Poeni 7, 4
Pompei et Caesaris bellum 18, 6
 Ponticus Heraclides 19, 9
 Pontici Tauri 30, 4
 Proculus 21, 9
 Prodicus 21, 2
 Protagoras 8, 3
 Protesilaus 11, 8
 Pyrrho 38, 5
 Pyrrhus *rex* 26, 6
 Pythagoras 19, 6; 34, 6
 Pythia 26, 6
 Pythius (Apollo) 26, 6

 Q. (= Quintus) Caecilius 1, 5;
 v. app. crit.

 Regulus 26, 3; 37, 5
 Roma 2, 1
 Romani 6, 1; 7, 4; 12, 5; 25, 1;
 5—9
 Romani *scriptores* 33, 4; omnes
 scriptores vetustatis Graeci
 Romanique 21, 4; Romani
 homines 10, 4; *v. app. crit.*
 Romana *auspicia et auguria*
 26, 1; *civitas* 7, 5; *iustitia*
 25, 1; *superstitio* 10, 3; 22, 7
 (24, 2); Romani *sacrificii*
 fuit 30, 4; Romana *sacra*
 23 (22), 2
 Romulus 21, 9; 25, 2; 4; 8
 Rutilius (= P. Rutilius Rufus
 cons. a. 105 a. Chr.) 5, 12

Sabinarum raptus 25, 3
 Salii 25, 12; *cf.* 22, 8 (24, 3)
 Samia Iuno 25, 9
 Sarpedon 24 (23), 4
 Saturnia *urbs* 21, 5
 Saturnus 21, 4 ss; 23 (22), 5;
 27, 5; 30, 3; 4
 Scaevola (Mucius) 37, 3; 5
 Scylla 20, 3
 Serapis 2, 4; 27, 6; 28, 9; *cf.*
 22, 10*

- Simonides Melicus 13, 4; 38, 5
 Socrates 5, 12; 13, 1—2; 26, 9;
 38, 5
 Socraticus Xenophon 19, 13
 Speusippus 19, 7
 Stoicus Ariston 19, 13
 Stoici 34, 2; *cf.* 19, 10 s.
 Straton 19, 8
 Stygia palus 35, 1 s.
 Symposion *Platonis* 26, 12
 Syri 6, 1

 Tadius *rex* 25, 8
 Tauri 6, 1 (*v. app. crit.*): 30, 4
 Taurica (Diana) 23 (22), 5
 Terrae filius 21, 7
 Thales Milesius 19, 4
 Thallus 21, 4
 Thebanorum par (= Eteocles
 et Polynices) 18, 6
 Theodorus Cyrenaeus 8, 2

 Theophrastus 19, 10
 Thracius *Mars* 29, 9
 Tiberinus deus 25, 8
 Timaeus *Platonis* 19, 14
 Tiresias 26, 5
 Trasimenus 7, 4
 Trivia (Diana) 23 (22), 5
 Troicum bellum 24 (23), 3

 Venus 21, 2; 24 (23), 3; 4; 7;
 31, 4
 Vesta 25, 10; *cf.* 22, 8 (24, 3)
 Vestales 25, 12, *cf.* 25, 10
 Vesuvius mons 35, 3
 Volumnus deus 25, 8
 Vulcanus 19, 10; 21, 3; 23 (22), 5

 Xenophanes 19, 7
 Xenophon Socraticus 19, 13

 Zenon 19, 10 s.

Verborum et rerum grammaticarum indices qui requiret,
 inveniet in libris nostris qui inscripti sunt: *Lexicon Minucianum*
 et *Octavius de M. Minucius Felix. Partie du Maître* (v. Praef.).



3 9031 01144764 6

161517

BOSTON COLLEGE LIBRARY
UNIVERSITY HEIGHTS
CHESTNUT HILL, MASS.

Books may be kept for two weeks and may be renewed for the same period, unless reserved.

Two cents a day is charged for each book kept overtime.

If you cannot find what you want, ask the Librarian who will be glad to help you.

The borrower is responsible for books drawn on his card and for all fines accruing on the same.

